



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Disputatio IX. De necessitate pœnitentiæ ad hunc primum effectum
remittendi peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

DISPUTATIO IX.

De Necessitate poenitentiae ad hunc primum effectum remittendi peccatum mortale.



Actenus solum ostendimus, poenitentiam habere virtutem ad hunc effectum praestandum, & simul etiam explicuimus modum & rationem cau-landi, quam in hoc habet: nunc vero declarandum est, quam sit necessaria haec causa ad illum effectum: saepe enim accidit causam esse sufficientem, non tamen necessariam, quia sunt aliae, quae per se possunt similem effectum efficere. Dicemus ergo prius de hac necessitate secundum praesentem Dei ordinationem & legem, postea vero secundum potentiam Dei absolutam.

SECTIO I.

Utrum poenitentia secundum legem Dei ordinariam, sit necessaria causa sine qua non remittitur peccatum mortale.

Dixi de sufficientia & virtute huius causae: dicendum nunc est de necessitate eius, ubi solum explicabimus quomodo poenitentia sit necessaria necessitate medij, nam de necessitate praeepti postea disturi sumus. Igitur, quod poenitentia sit necessaria ad hunc effectum, omnes Theologi pro comperito habent. An vero semper sit formaliter necessaria vel virtualis sufficiat, inter eos cotroueritur. Nam Scotus dist. 14. q. 1. ar. 3. Gab. q. 1. conclus. 2. & alij infra referendi, putant sufficere virtualem. Alij vero praesertim Thomistae recentiores opinio contendunt esse necessariam semper poenitentiam formalem: Quod tamen asseueranter tenet Cano. de Poenitentia part. 3. vt dicat posse esse actum dilectionis Dei super omnia in homine permanente in peccato mortali, ex defectu formalis poenitentiae. At vero Petrus Soto lect. 4. & 5. de Poenitentia, affirmans eandem necessitatem formalis poenitentiae, negat hominem existentem in peccato, posse habere verum actum dilectionis sine formali actu poenitentiae. Idem tenet Dominicus Soto dist. 15. qu. 1. art. 2. cum duplici limitatione infra tractanda.

Poenitentiam formalem, per se loquendo, necessariam esse ad remissionem peccati. Assertio 1.

EGO censeo rem hanc esse definiendam eadem proportione, qua similem supra definiui, tractando de necessitate amoris ad cotritionem. Dico ergo primo: Poenitentia per se loquendo necessaria est secundum propriam & formalem actum doloris, seu detestationis ad consequendam remissionem peccati mortalis. Hanc assertionem certam existimo. Sumitur ex D. Tho. hic. & precedente qu. art. 5. ad 2. & 1.2. qu. 113. art. 2. & sequentibus, & quaest. 28. de Veritate art. 5. & in terminis videtur eam docere Conc. Trident. sess. 14. c. 4. vbi potest definitam cotritionem subdit, *Ubi autem omni tempore necessarius hic modus ad obtinendam peccati veniam: & sumitur ex sess. 6. c. 6. & 7. & ex Lateranensi in c. Firmiter, de Summa Trinit. & fide Cathol. Praeterea colligitur ex illa conditionali locutione S. Scripturae: *Non si poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Lucae 13. Nam quando talia conditio non supponit suppositum gratum, sed indicat id, sine quo gratia non obtinetur, manifeste continet necessitatem medij, & non tantum praeepti. Habetur autem ille loquendi modus saepe in Scriptura sacra Eccl. 2. *Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum.* Et eandem vim habet illa comminatio Apocalyp. 1. *Memento unde exideris, & age poenitentiam: si minus veniam ad te cito, &c.* Fundem sensum reddunt promissiones illae, quae sunt frequentes in Scripturis de remittendo peccato sub ea conditione, *Si impius egerit poenitentiam.**

conuersa: ergo ad remissionem peccati necessarium est vt voluntas peccatoris conuertatur ad Deum, detestando priorem peccati conuersionem ad creaturam: quod pertinet ad poenitentiam.

Qui discursus optimus quidem est ad declarandum, quantum sit rei, & ordinari gratiae consentaneus modus dispositionis requisitae ad remissionem peccati per poenitentiam: & ideo recte concluditur impossibile esse aliter remitti iuxta statutum ordinem connaturalem ipsi gratiae. Ad probandam autem implicationem contradictionis parum efficax videtur ille discursus, tum quia supponit remissionem peccati fieri per gratiam, & de potentia absoluta non posse aliter fieri: quod hic non probatur, nec fortasse probari potest, intelligendo per gratiam donum aliquod creatum, voluntati infusum. Tum etiam, quia ex necessitate huius doni, seu immutationis voluntatis, statim infert necessitatem poenitentiae: quae collectio intellecta de necessitate absoluta, est difficillima, & vix apparet principium, quo probari possit, cum absque immutatione per formalem actualem poenitentiam (de hac enim D. Tho. loquitur) inueniri possit immutatio per infusionem habituum, per actualem amorem Dei, & per simplicem voluntatem bene viuendi, aut obediendi Deo in posterum: nam illa posset esse contentus Deus, & illa suo modo bonum efficeret hominem, praesertim si ex diuina gratia procederet. Itaque articulum hanc non intelligo de potentia absoluta, sed de ordinaria. Quid vero de tota re sentiam, in sequenti disputatioe explicabo.

Dices: Ergo nulla est differentia, quam D. Thom. hic constituit inter poenitentiam virtutem, & sacramentum: nam sine priori alicui non posse remitti peccatum: sine sacramento autem posse, at vero de potentia ordinaria etiam sine sacramento potest, loquendo proportionaliter de tempore in quo sacramentalis poenitentia possibilis est. Quod si dicatur etiam nunc posse remitti peccatum sine poenitentia sacramento in re suscepto, licet non sine voto eius, contra hoc est, quia etiam sine poenitentia virtute formaliter sumpta, potest interdum remitti peccatum, etiam secundum legem ordinariam.

Respondetur in primis, D. Thom. non loqui de tempore determinato legis gratiae, neque ex illius suppositione, aut eum proportionem ad illam, sed absolute de quouis tempore, & de necessitate, quasi intrinseca rebus, vt patet ex exemplo quod affert de his, quibus Christus remisit peccata sine sacramento, non tamen sine virtute poenitentiae. Vnde veteris dicitur, etiam in lege gratiae, & supposita institutione sacramenti, esse magnum discrimen, quia poenitentia vt est virtus, est necessaria ex lege intrinseca & quasi ex natura ipsius rei: sacramentum vero est necessarium ex lege extrinseca: vnde illa est necessaria propter internam hominis mutationem & dispositionem: hoc vero propter sufficientem, & specialem applicationem meritorum Christi. Vnde illa ad omnia peccata etiam ante baptismum commissa, necessaria est: hoc vero tantum ad illa peccata, quae post baptismum committuntur.

Ex his facili est solutio ad primum, in qua D. Tho. optimam rationem affert, ob quam peccatum originale remittitur per habituum infusionem sine actuali mutatione voluntatis, non tamen peccatum mortale, scilicet quia originale habituale est, & sine actuali deliberatione voluntatis contrahitur, quod secus est in personali. Quae ratio optime declarat praesentem rerum statum, & institutionem naturis rerum accommodatam: non tamen procedit de potentia absoluta, sic enim potuisset Deus remittere originale peccatum, quoad culpam, sine habituali immutatione facta ad ipsam remissionem: de quo inferius plura. Aliae solutiones non habent difficultatem.

Varia sententia de necessitate formalis poenitentiae. Scot. Gabriel.

Cano.

Petr. Sot.

Dor. Sot.

D. Thom.

Conc. Trid.

Conc. Lat.

Luce 13.

Apocalyp.

Obi.

Respons.

Ezech.

penitentiam, Ezech. 18. & 33 & aliis locis superiori disputatione citatis: nam aperte exigitur illa conditio, ut omnino necessaria ad talem effectum.

3

Et potest etiam in hunc modum declarari ex eisdem locis Ezech. quia ibi significatur, tam necessariam esse penitentiam ad reparandam spiritualem vitam, quam est necessarium peccatum mortale ad tollendam illam. Hoc etiam confirmat quod Christus & Apostoli in initio suae praedicationis semper requirebant penitentiam ad remissionem peccati, ut patet Actor. 2. Penitentiam agite. Vnde supra late ostendimus etiam cum baptismo esse necessariam penitentiam, si baptizandus sit adultus habens peccatum mortale. Et Ioannes Baptista Matth. 3. cum dixisset, *Convertimini sicut serpentes in herba virga*, statim subdit, quasi unicum remedium dicens, *Facite ergo fructus dignos penitentiae*. Vbi Chryso-

Actor.

Matth.

Chryso.

stom. Homil. 10. notat, tunc Ioannem impleuisse quod de illo praedictum fuerat Isaia 40. scilicet, docetur homines, ut rectas facerent semitas Domini: nam penitentia sola est, ait, quae rectam facit viam, quae in peccatore erat obliqua. Vnde Ierem. 18. Pone tibi amaritudinem, & dirige cor tuum. Et ideo e. 8. conuenitur, *Nam quid qui cadit, non resurget? attendi, & auscultauit, nullus est qui agat penitentiam de peccato suo dicens, Quid feci? Quae testimonia cum moralia sint, ad omnem statum hominum, & omnem legem se extendunt. Sed specialiter quod etiam in lege naturae fuerit necessarium hoc remedium, sumi potest ex Iob. vlt. Idcirco me reprehendo, & ago penitentiam, & c. & ex penitentia Niniuitarum, quam Christus laudat, Matth. 12.*

Ierem.

Hot remedium fuit necessarium in lege naturae. Iob. Matth.

Quae omnia testimonia non possunt de sola virtuali penitentia intelligi, sed de formali. Primum propter Scripturae proprietatem; debet enim in proprio sensu intelligi, si commode potest: praesertim quia ad significandam hanc proprietatem, & veritatem necessariam penitentiae, vtitur Scriptura variis nominibus indicantibus hanc proprietatem, vt nomine penitentiae, doloris, tristicij, gemitus, & similibus. Deinde quia non aliter facta Scriptura requirit fidem, vel charitatem, vel alios similes actus, quam penitentiam: ergo, sicut alij sunt formaliter necessarij, ita & penitentia. Denique quia ita intelligunt sancti Patres. Vnde Augustinus Concione 1. in principium Psalm. 30. loquens de confusione pro peccato commisso dicit, *Hanc confessionem non formidat Christianus, imo, si hanc non habeat, aeternam habebit*, & libr. de Penitentia medicina cap. 5. *Non satis est, inquit, mores in melius mutare, sed oportet satisfacere etiam Deo per penitentiam dolorem*. Et epist. 50. circa finem, *Nisi egeris penitentiam, saluus esse non poteris: quomodo enim gat debis fuisse correctum, nisi doleas fuisse peruersum?* Cyprianus lib. de Lapsis circa finem, *Illis sola superest penitentia, quae satisfaciat: qui autem penitentiam criminis tollunt, satisfactionis viam claudunt*. Et Gregorius homilia vigesima in Euangelia, *Vetura, inquit, ira est animae uersio uisionis extremae, qua dum peccator non effugiet, qui nunc ad penitentiam lamenta non recurrit*. Idem homil. 31. & 34. & 3. part. pastoralis c. 31. Et de eadem re optime loquitur Chrysostomus hom. 10. & 11. in Matth. 9. ad Hebraeos 21. 22. & 24. ad Populum. Et Ambros. lib. 5. epist. 28. *Peccatum non tollitur, nisi lacrymis, & penitentia*. Optime Iustinus Martyr Dialogo contra Triphonem pag. vltima. Et ad hoc confirmandum conferunt quae supra disp. adduxi circa illam metaphoram, quae penitentia vocatur secunda tabula post naufragium: nam per eam aperte significatur necessitas medij. Itaque haec omnia intelligenda esse de penitentia formali, satis constat ex sensu Scriptorum: praeterquam quod ipsa materia id postulat, cum sit de his, quae ad mores, & salutem spectant.

Aug.

Aug.

Cyprian.

Greg.

Chryso.

Ambros.

Iust. Martyr.

Ratio vero huius necessitatis prima, & radicalis est diuina ordinatio, quae nobis satis constat ex Scri-

ptura, & sensu Ecclesiae. Congruentia vero est, quia haec ipsa ordinatio diuina est maxime consentanea naturis talium rerum: quia actus penitentiae est maxime proportionatus ad petendam veniam, & ad placandam se conuertit ad creaturam; & ideo ad peccatum delendum optimum mediū est, ut per penitentiam sese homo ad creaturam auertat: quanquam enim homo possit se virtualiter auertere ab vno termino per conuersionem ad contrarium; tamen in actibus animae perfectiori modo fit haec conuersio, & auersio, quando per formales actus ipsa anima accedit ad vnum terminum, & recedit ab alio; Tandem, quia hoc est mediū maxime accommodatum ad vitae emendationem, quae per penitentiam maxime intenditur. Et alia congruentia sumi possunt ex supra dictis de honestate virtutis penitentiae.

Aliquando posse mortale remitti sine formali penitentia. Assertio 2.

Nihilominus dico secundo: Aliquando potest remissio peccati mortalis obtineri sine formali actu penitentiae. Haec est sententia Scoti, & Gabrielis, quos supra citauimus, & eandem tenet Maior distinct. 14. quaest. 1. & Medina tract. 1. de Penitent. quaest. 2. & Nauarrus in Summa c. 1. n. 1. o. & Vega lib. 6. in Trident. cap. 33. & 34. & Soto etiam supra hoc admittit in duobus casibus. Prior est de martyrio: posterior quando peccata sunt oblita. Sed etiam in casu martyrii necessaria est aliqua obliuio factem actualis, quia per se loquendo, etiam is qui ad martyrium fertur, si conscientiam habet peccati mortalis, tenetur formalem penitentiam praemittere, si potest, ut late ostendit in 3. tom. 3. part. disp. 29. sect. 2. & 3. Vbi etiam de privilegio martyrii dixi: quod statim insinuabo. Casus ergo de peccatis oblitis communis est, & mihi certus: & expresse traditur a D. Thom. q. sequent. art. 1. ubi mentem eius amplius explicabimus. Ratio vero ad posteriori est, quia in eo casu excusatur homo ab obligatione agendi penitentiam (suppono enim obliuionem esse naturalem, & inculpabilem) penitentiae enim praecipuum non obligat, nisi supposita conscientia peccati mortalis, quia solum propter illud delendum necessaria est: ergo non peccabit ille homo non agendo penitentiam: ergo potest alio actu, vel remedio consequi peccatorum veniam. Patet haec vltima consequentia, quia alias homo ille implendo omnia praecipua, quae illi possunt occurrere vt necessaria, & sufficientia ad salutem, & habens fidem, & spem, vt supponimus, adhuc maneret extra statum salutis: quod est magnum inconueniens, alias nunquam homo moraliter posset esse quietus, sed deberet semper iterare actum penitentiae, ne forte oblitus sit alicuius peccati.

Hinc vero ulterius adde, hunc casum obliuionis extendendum esse, non solum ad obliuionem habitualem, seu in actu primo, sed ad actualem seu in actu secundo, quae dici solet naturalis inconsideratio: quod immerito Soto, & alij negare videntur. Probatur, quia in rebus moralibus eandem vim habet ad excusandum actualis inconsideratio inculpabilis pro eo instanti, vel tempore quo est, quam habet altera obliuio: ergo & in praesenti habebit. Antecedens certum est ex his, quae traduntur in 1. 2. q. 62. att. 6. Et ratio breuiter est, quia naturalis inconsideratio, dum est, ita causat inuoluntarium, sicut ignorantia vel obliuio quando durat; quia ad volendum non sufficit habitus, sed necessaria est actualis cogitatio. Ratio vero a priori est, quia posita haec naturali inconsideratione, vel obliuione, voluntas potest per formalem actum dilectionis super omnia conuerti in Deum, non exercendo pro tunc formalem actum penitentiae: si autem habeat illud actum

Scotus. Gabr. Maior. Med. Nauarr. Vega. Soto.

D Thom.

7 Quae obliuio excusatur a formali penitentia.

actum amoris, statim iustificatur: ergo consequitur remissionem peccati sine formali actu poenitentiae. Maior probata est in similibus in superioribus, quia ex parte intellectus cum illa inconsideratione peccati potest esse actualis consideratio diuinæ bonitatis, & alicuius motiui, quod inducat ad diligendum Deum super omnia: nec ex parte intellectus plus requiritur. Ex parte autem voluntatis in primis est libertas & distinctio sufficiens inter ipsos actus, ut vnus possit sine alio exerceri, & independentia eorum inter se. nam actus dilectionis natura sua prior est, & independens ab actu doloris: & ideo homo iustus facillime potest illum sine alio elicere: & supra diximus, actum doloris posse e conuerso sine actu amoris fieri: ergo nihil obflare potest quominus in eo casu possit voluntas verum, & solum amorem elicere.

Dicit fortasse aliquis, in eo casu denegaturum Deum supernaturale auxilium ad actum supernaturalem amoris, & ideo fore mere naturalem, ac proinde insufficientem ad tollendum peccatum. At hoc improbabile est, & voluntarie dictum: tū quia ex parte illius hominis nulla est culpa actualis, propter quam Deus negat tale auxilium: propter præteritam autem non negat, ut supra ostenditur: tū etiam, quia vel est sermo de auxilio excitante: & hoc non negat, quia potius supponitur ille homo ex parte intellectus sufficiens, & actualiter excitatus per considerationem fidei, quæ ex parte intellectus excitatio sufficiens est, & secum affert excitationem voluntatis, quantum est ex se: vel est sermo de auxilio concomitante, vel concursu: & hunc Deus non negat supposito priori, nisi ex defectu hominis, ut supra etiam probaui, ergo ex nullo capite impossibile est exercere tūc amorem sine formali dolore.

Superest probanda altera conditionalis propositio, scilicet, si homo habeat actum amoris super omnia, statim iustificari, Quam adeo certam existimauit esse Petrus Soto, ut non dubitauerit dicere esse de fide. Et eandem docet Caietanus quæst. 87. artic. 1. & Gregorius in primo, dist. 17. & multa circa illam tractat Adrianus quolib. 7. quæst. 4. Et probatur breuiter, nam illa verba Ioanni. 4. Qui diligit me, diligitur, &c. æquivalent illi conditionali. Item illa Ioanni. 4. Omnis qui diligit, ex Deo natus est. Sumitur etiam ex Prouerb. 8. & 10. Ego diligentes me diligo, & vniuersa delicta operis charitas. Et similia verba habentur 1. Petri 4. Vnde Bernardus episc. 170. Nemo se amari desiderat, si iam amat, neque enim redamare pigebit eam, qui nos amauit necdum amantes. Et Augustinus libro secundo contra Cresconium cap. 12. de peccatis loquens ait. Mundanus est ipsa, quæ omnibus supereminet, charitate, quæ si adsit, omnia recte sumit: si vero absit, omnia frustra sumit, & 14. de ciuitate ca. vltimo inquit, charitatem dividere inter filios Dei, & filios perditionis. Ac denique Gregorius homil. 33. in Euangelia ait, charitatem esse ignem consumentem rubiginem peccati.

Ratio vero est, quia actus charitatis est perfecta conuersio animæ ad Deum, & virtute continet poenitentiam, & auersionem à peccato, & propositum placendi Deo in omnibus: ergo infallibiliter secum affert conuersionem Dei ad hominem; iuxta illud, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: ergo secum affert remissionem peccati. Et corroboratur, quia supra ostendimus solum actum contritionis, si contingat haberi sine actu formali amoris, esse veram contritionem, & consequenter excludere culpam: ergo multo magis hoc faciet actus dilectionis. Patet consequentia, quia vterque est per se necessarius, & continet alium in virtute, & propositio: & aliunde actus dilectionis excellentior est. Vnde confirmatur vltimo, quia hic actus de se est conaturalis dispositio ad infusionem habitus charitatis, qui habitus habet

Fr Suarez 2. tom. 4.

gratiam sanctificantem infallibiliter sibi coniungat: & consequenter etiam remissionem peccati mortalis: ergo, &c. De qua ratione vide Augustinum de Spiritu, & litera, cap. 32. Vbi propter hanc causam vocat dilectionem iustitiã, quia iusti efficiuntur, quia habet inseparabiliter coniunctam dilectionem Dei simpliciter erga nos.

Extra casum obliuionis non remitti peccatum sine formali poenitentia. Assertio 3.

Tertio dicendum est, extra casum naturalis obliuionis, vel inconsiderationis, nunquam remitti peccatum sine formali actu poenitentiae. Ita docent omnes excepto Medina tractatu primo de Poenitentia questione duodecima articulo secundo vbi ait, licet homo cogitet de Deo, & peccatis suis, posse pro libertate sua habere actum dilectionis quæ vocat fructuosum, & meritorium, sentiens esse sufficientem ad iustificationem. Sed oppositum recte declarauit Cordubalibr. 1. quæstion. 15. Estque non solum securior, sed etiam verior sententia. Et videtur plane lequi ex assertione prima. Nam, per se loquendo, hoc est medium necessarium ad illum effectum: ergo, quando potest commode adhiberi, non dabitur effectus sine tali medio. At vero, quando homo cogitat actu de suis peccatis, potest facile adhibere remedium poenitentiae; & non legitime excusabitur exercendo solum actum amoris, quia amor non impedit peccatorum detestationem, si actu cogitatur: amo ita mouet ad illam, ut vix homo possit continere dolorem, si vere amat, etiam si velit; maxime quando intelligit peccata nondum fuisse remissa.

Addo etiam, licet absolute possit vnus actus ab alio separari, tamen supposita virtute efficacie expellendi culpam, quam formaliter, vel virtute habet, qui vere amat, & supposita necessitate talis medij, & recogitationis peccatorum, non posse separari, ut in superioribus etiam dixi. Videantur ibi dicta, nam hic procedunt cum eadē proportionem. Solum oportet aduertere, necessarium esse vt memoria peccatorum practica sit, id est, vt occurrant tanquam detestanda, & delenda: nam aliqui non repugnat habere hominem cogitationem quasi speculatiuam de peccato, & habere naturalem inconsiderationem detestationis eius: vt autē homo moueatur ad exercendum actum, non satis est cogitatio ipsius obiecti secundum se, sed necessaria etiã est aliqualis ipsius actus exercendi consideratio. Hanc vero, si moraliter & regulariter loquamur, semper excitabit amor, si verus est, presertim si coniunctam habet memoriam diuinæ offensionis.

Deficiente formali poenitentia, necessaria est virtualis, & formalis in voto. Assertio 4.

Vltimo dicendum est, quando deest poenitentia formalis, necessariam esse virtutalem cum proposito, & voto ipsius formalis: ac propterea necessarius est amor super omnia. Vnde sine altero ex his duobus actibus nunquam dimittitur mortale peccatum, secluso sacramento, vel speciali privilegio. Fere hæc omnia constant ex supra dictis. Nam ad remissionem peccati necesse est vt voluntas efficaciter auertatur à peccato; quod non potest nisi per poenitentiam formalem, vel virtutalem: & cum necessaria sit, per se loquendo, formalis poenitentia, si illa deest in re, oportet vt saltem in voto habeatur: non continetur autem in virtute & in voto, nisi in dilectione super omnia: ergo, si formalis contritio deest, necessaria est illa dilectio: ergo alter ex his actibus necessarius est. Addidi vero, extra sacramentum, quia cū illo sufficit attritio; de quo postea

Obiect. futur.

9 Per actum amoris bonum iustificari sine formali poenitentia. Pet. Sot. Caiet. Greg. Adrian. Prouerb. 1. Pet. 4. Bernard.

August.

Greg.

10 Probatur ratio.

ii

Medini

Cordubi

12

Memoria peccatorum debet esse practica, ut nos excuset

13

Dixi

Dixit etiam, nisi ex privilegio, propter martyrium, in quo, ut opinor, potest homo iustificari sine formalis contritione, & amore super omnia. Sed illud est speciale privilegium; de quo dixi late in disputatione vigesima nona supra citata.

Vega. 14

Reicitur.

Addit praeterea Vega libro sexto in Tridentinum capite trigesimo octavo, per solam orationem posse peccatorem obtinere remissionem culpae mortalis sine formali amore, vel dolore; quia etiam oratio habet infallibilem promissionem. Sed est singularis sententia: & mihi displicet, quia est contra doctrinam generalem Conciliorum, & Sanctorum, & vniuersales loquutiones Scripturae, quibus supra necessitatem poenitentiae, & amoris ostendimus. Nam hac necessitas postulat ut saltem virtute habeatur. Item, qui petit veniam peccatorum, iam de illis cogitat: ergo indebitè petit veniam sine remedio, quod ipse potest, & debet adhibere: nam oratio, ut exaudiatur infallibiliter, debet habere coniuncta conuenientia media, quatenus à Deo exiguntur, & ab homine exhiberi possunt: alioqui temere petitur à Deo aliquid sine huiusmodi mediis. Sicut qui peteret magnam gloriam sine magnis meritis, male peteret, & non meretur exaudiri: illa ergo petitio non habet infallibilem promissionem. Ergo petenda est à Deo vera poenitentia, & auxilium ad illam: & consequenter remissio peccatorum: quia non est minus necessaria poenitentia, vel conuersio cordis ad remissionem peccati, quam merita ad gloriam: & vtrumque est in potestate nostra cum diuina gratia: hanc ergo praecipue poscimus cum remissionem peccatorum postulamur: & praeterea recognoscimus nostram poenitentiam per se non sufficere, nisi liberalis Dei remissio intercedat.

Obiect. ex Patribus.

Origen.

Augus.

Chryso.

Vna vero superest obiectio contra necessitatem poenitentiae, nam Patres interdum plures causas vel remedia huius remissionis assignant, & quae tribuunt hunc effectum charitati, vel elemosinae, vel orationi, ac ipsi poenitentiae: sicut ergo poenitentia per se, & sine aliis remediis potest interdum habere hunc effectum, ita & alia remedia sine illa. Antecedens patet ex Origene, homilia secunda in Leuitico, ubi haec numerat, baptismum, charitatem, martyrium, elemosinam ex Danielis 4, remissionem iniuriarum ex Matthaei sexto, & correctionem fratris à via mala ex Iacobi primo: Augustinus secundo contra Cresconium: ubi quatuor numerat, verbum veritatis, sacrificium contriti cordis, elemosinam, & charitatem. Chrysostomo homilia vigesima secunda ad Populum; ubi prius numerat compunctionem, & elemosinam, postea vero addit aliud remedium his verbis, Non habes pecuniam, non habes compunctionem, ecce Propheta clamat, Prohibe linguam tuam à malo, &c. & in illam tibi sufficere: ubi significat mutationem vitae sine compunctione cordis sufficere. Idem homilia quarta in 2. ad Corinth. in fine partis moralis, praeter detestationem peccatorum, ponit submissionem animi, gratiarum actionem in aduersis, elemosinam, obliuionem acceptarum iniuriarum, & assiduam precationem. Et ad hunc modum loquuntur frequenter alij Sancti.

Chryso. sit.

Inter haec testimonia praecipue sunt obscura illa verba Chrysostomi, Si non habes compunctionem, &c. Intellego tamen nomine compunctionis significasse ibi sentibilem dolorem, & afflictionem, & voluisse dicere mutationem vitae sufficere, per quam non solum intellexit propositum futurae vitae, sed etiam detestationem praeteritae. Quod sumo ex eodem Chrysostomo homilia quadagesima secunda in Matthaum in fine, ubi eadem remedia numerat ad remissionem peccati, & distinguit compunctionem à contritione cordis, & contritum cor dicit aptum requiri.

Circa alia vero remedia, quae Sancti ponunt, considerandum est, Sanctos in his remediis numeran-

dis non seruare leges rigorosae partitionis seu diuisionis, sed coaeruatim numerare omnia quae conferunt ad remissionem peccati: siue sit taquam dispositio proxima, siue ut remota, siue id sit ad remissionem culpae, siue ad satisfactionem pro poena, siue per modum impetrationis, siue per modum dispositionis, siue etiam per modum sacramenti. Vnde multa ex iis remediis, licet conferant, non tamen sunt simpliciter necessaria: nullum tamen est, quod sine poenitentia sufficiat. Nam de baptismo, iam supra ostendimus, sine poenitentia non remittere peccatum actuale mortale. De martyrio, verum quidem est, interdum in eo posse remitti peccatum sine poenitentia formali; sed includitur votum poenitentiae formalis in ipsa voluntate martyrij, quae virtualis quaedam est poenitentia, ut supra suo loco dixi. De charitate iam dictum est quomodo habere debeat coniunctam poenitentiam. De verbo veritatis, quod Augustinus ponit, certum est requiri eo modo quo fides necessaria est, non tamen sufficit sine dispositione voluntatis, quae poenitentiam includit. Denique opera misericordiae, vel patientiae, & similia conferunt quidem, vel ad impetrandam veram poenitentiam, si ex fide, & aliquo modo supernaturali fiant, vel ad satisfaciendum pro poena, si culpa supponatur remissa; non tamen per se sufficient ad remissionem culpae, nisi charitas, & vera poenitentia intercedant. Similiter oratio utilisima est ad impetrandam remissionem peccati: non est tamen semper necessaria necessitate mediij; nam interdum Deus praeuenit, & dat efficax auxilium, etiam non petenti: de quo late Vega libro sexto, in Tridentinum capite trigesimo octavo, nec ipsa per se sufficit ad impetrandam remissionem culpae, nisi impetret veram poenitentiam, per quam remittatur culpa, ut supra dictum est.

Alia resti. monis Pa. trum re spondetur.

Vega.

SECTIO II.

Utrum de potentia absoluta possint peccata mortalia sine poenitentia remitti.

Sensus quaestionis esse debet de poenitentia, tam formali, quam virtuali; perfecta, vel imperfecta, ita ut quaestio sit, an sine omni motu peccatoris in Deum, vel aduersus peccatum, hoc fieri possit. Et hoc modo multi negant posse tolli peccatum ab homine sine poenitentia. Ita tenent Soto dist. 15. q. 1. ar. 2. dub. ultimo, & Petrus Soto lect. 4. de Poenitentia, & frequenter Thomistae in hanc sententiam inclinant: propter verba Diui Thomae in hoc art. 2. Impossibile est, &c. Veruntamen hoc impossibile apud D. Thom. non semper significat implicationem contradictionis. In praesenti ergo sufficienter exponitur secundum legem ordinariam, & considerata rerum natura, ut in Commentario latius dixi, atque etiam Ledesma circa eundem articulum indicauit part. 4. q. 27. ar. 2.

Quorundam opinio. Soto. Pet. Sot.

Ledesma.

Fundamentum huius sententiae est, quia voluntas semel conuersa ad creaturam per peccatum, manet moraliter eodem modo conuersa quandiu non mutatur: non potest autem mutari, nisi per aliquem actum proprium: ergo sine illo non potest fieri ex conuersa auersa, vel è contrario: ergo non potest ab illa tolli peccatum sine motu eius: quia nisi tollatur illa conuersio ad creaturam, non tollitur peccatum. Dices, posse voluntatem mutari per infusionem alicuius habitus, qui formaliter conferat conuersionem oppositam conuersioni peccati: nam conuersio peccati, quae manet, & tollenda est per remissionem eius, habitus illis est: ergo per oppositum habitum potest auferri. Sed contra, quia istae conuersiones sunt diuersorum ordinum seu generum, & ideo non sunt oppositae, nam

Fundamentum eius.

Eiusdem.

Præcluditur.

con.

Contraria debent esse eiusdem generis. Antecedens A
patet, quia conuersio habitus physica, est per realem
informatiōem cuiusdam qualitatis: conuersio autem
peccati est moralis, quia actus semel factus, &
non retractatus, moraliter permanere censetur: ergo
non sufficit vna conuersio ad excludendam a-
liam: sed moralis conuersio per moralem debet au-
ferri, quæ non inducitur nisi per oppositum actum.
Sicut è conuerso, quando voluntas conuertitur ad
bonum obiectum, & postea manet moraliter con-
uersa transacto actu, non potest Deus ab illa auferre
talem conuersionem, donec ipsa per contrarium ac-
tum moueatur: ergo similiter, &c.

Contrariam sententiam tenet Scotus 4. distinc-
tione decima quarta quæstione prima §. Ex his, &
distinctione decima sexta quæstione secunda, Gabr.
distinctione decima quarta quæstione prima art. 1.
not. 2. & art. 2. conc. 1. Okam. in 4. qu. 8. dub. 2. lit. N.
& quæstione 9. lit. E. Medi. Cod. de Pœnitentia tract.
1. quæstio. 7. & 12. Hi auctores in hoc fundantur, quod
transacto actu peccati, nihil manet in homine in-
trinsecum, vnde denominetur peccator, seu esse in
peccato: sed ab actu præterito denominatur, non
simpliciter, sed prout subest ordinationi diuinæ,
qua talis homo propter talem actum ordinatus est
ad talem pœnam, seu ab obligatione ad pœnam,
quæ inde manet, quam dicunt esse reatum peccati,
vt hoc sensu intelligendum sit, quod dixit Aug. lib.
1. de Nuptiis c. 26. Peccatum transire actum, & manere reatu.
Vnde Basil. in Constit. monast. cap. 5. Peccata (in-
quit) eo vsque durant, quandiu praua actiones durant: sub-
lati enim his, vna etiam peccati substantia deletur, & e-
uanescit, licet peccantibus pœna propter peccatum sit reposita.
Ex hoc ergo fundamento sic colligunt: Potest
Deus non ordinare talem hominem ad pœnam, et-
iam si ipse nullum actum pœnitentiæ faciat: ergo
potest remittere peccatum sine pœnitentia. Hoc ve-
ro fundamentum semper mihi visum est falsum. Pri-
mo, quia hinc sequitur in iustificatione non remitti
culpam, sed pœnam tantum, vel saltem sequitur rem-
itti peccatum, nihil aliud esse, quam remitti pœ-
nam. At hoc falsum est, tum quia Concil. Trident.
sess. 5. decret. de Orig. peccat. c. 3. definit, in iustifica-
tione auferri totum id, quod veram & propriam
rationem peccati habet: at pœna non habet veram
rationem peccati, sed illam supponit. Item quia non
semper tota pœna auferitur in iustificatione: ergo
nec auferitur totum id, quod peccati rationem ha-
bet: quia si peccatum ordinatum à Deo ad pœnam
condignam habet rationem peccati, etiam ordina-
tum ad partem aliquam illius pœnæ retinebit ali-
quam rationem peccati. Imo iuxta illam sententi-
am quando remittitur peccatum, solum tollitur seu
cessat ordinatio diuina ad pœnam: illa autem ordi-
natio nec habet rationem peccati, nec illud consti-
tuit, sed supponit.

Et ergo inter has sententiâs iudicium feramus,
aduertendum est, duas hic posse tractari quæstio-
nes. Vna est. An sine proprio actu peccatoris possit
illi peccatum remitti per alia dona Dei. Alia est. An
sine actu peccatoris possit peccatum remitti, & sine
aliis donis creatis, sed per solam efficaciam diuinæ
voluntatis destruentis ipsum peccatum. Prior quæ-
stio est propria huius loci, in qua verisimilius cense-
mus posse Deum remittere culpam sine actu pœni-
tentiæ: imo & omnino sine actu peccatoris, confe-
rendo ei alia dona. Quam sententiam præter aucto-
res citatos in secunda sententia, tenent hanc par-
tem communiter Thomistæ, tum hic, tum in 1. 2. q.
113. artic. 2. Et probatur primo, quia præcipuum ex
his donis est gratia vniōis hypostaticæ, quæ non
potest alicui nature conferri, quin sanctificetur.
Postea autem Deus (ex communi sententia) assūme-
re hypostaticè naturam hominis peccatoris, & per
ipsam assumptionem illam sanctificare, & muti-

Fr. Suarez tom. 4.

dare à culpa, etiam si toto priori tempore in pecca-
to fuisset; quæ tamen in instanti assumptionis non
posset habere actum naturæ præuium ad assumptionem,
vt latius probatur in materia de Incarnatio-
ne. Secundo Diuus Thomas & omnes fere docent
posse hominem dormientem in statu peccati mor-
talis iustificari per martyrium sibi voluntarium
ex præcedenti voluntate: & tamen in illo non præ-
cedit actus quo remittatur peccatum, sed remissio
fit per infusionem gratiæ: nam prior voluntas mar-
tyrij, quæ præcessit, non abstulit moralem macu-
lam peccati, seu culpam, sed eam integram reliquit.
Tertio fere idem argumentum sumitur ex remissio-
ne peccati, quæ nunc fit per sacramentum cum
sola attritione, quæ interdum etiam tempore præ-
cedit, nam etiam illa relinquit integram peccati
maculam: & tamen Deus per sacramentum illam
auferit infundendo habitus: posset ergo idem face-
re absque villo motu præcedenti: sicut enim nunc
supplet imperfectionem illius motus, & in sufficientiam,
ita posset omnino supplere carentiam eius.
Nam, quod attinet ad formalem remissionem cul-
pæ, perinde fere est habere motum insufficientem,
ac nullum habere, quandoquidem motus ille natu-
ra sua non repugnat formaliter culpæ, sed potest esse
simul cum illa.

Atque hinc tandem concluditur ratio, quæ mihi
videtur propria, scilicet, quia actus peccatoris non
requiritur ad remissionem peccati, tanquam forma
per se ipsam formaliter excludens culpam: sed tan-
quam dispositio congrua, & ex natura rei, & ex di-
uina ordinatione: non repugnat autem Deum con-
ferre effectum formalem sine præuia dispositione
ad formam, quæcumque tandem illa forma sit: quod
etiam in naturalibus manifestum est. Et in præsentī
declaratur, nam, si contritio, verbi gratia, non est
forma per se ipsam expellens peccatum: ergo posita
contritione adhuc est necessaria alia forma, quæ il-
lud expellat. Vnde, si Deus non adhiberet illam for-
mam, cum contritione adhuc maneret peccatum:
quod de potentia absoluta facere posset, cum, re-
mittere peccatum homini contrito, sit nouum be-
neficium gratiæ, vt supra dixi: ergo etiam è contra-
rio potest illam formam infundere sine contritio-
ne, & sine alia dispositione peccatoris, & ita culpam
remittere.

Neque contra resolutionem hanc vrget funda-
mentum prioris sententiæ. Recte enim ibi respon-
sum est, sine actibus ipsius peccatoris posse à Deo in
illo fieri talem mutationem, & conuersionem habi-
tualem, quæ sufficiens sit ad excludendum pecca-
tum. Cum autem replicatur, hanc mutationem esse
physicam, & ideo per se non posse excludere mo-
ralem culpam, & auersionem, quam reliquit pec-
catum. Respondetur negando hanc posteriorem
partem seu consequentiam: quia illa mutatio
physica, quæ in animo fit per infusionem gratiæ,
est adeo diuina & excellens, vt ab homine tollat
etiam deformitatem moralem peccati mortalis,
quia reddit hominem obiectum proportionatum
diuini amoris supernaturalis, & ita relinquit odio
dignum, quod facit peccatum, & consequenter
non relinquit illum dignum æterna pœna, sed po-
tius gloria, nec relinquit conuersum ad creaturam,
sed ad Deum. Vnde, licet talis conuersio non
fuerit per proprium actum comparata, & sub ea
ratione non dicatur moralis eo modo quo culpa; ni-
hilominus intrinsece & per se dici potest moralis,
quatenus reddit hominem bonum & sanctum mo-
raliter, id est, in ordine ad bonos mores: hoc ergo
satis est, vt per talem mutationem fieri possit re-
missio peccati.

Ex quo colligitur non esse vniuersaliter verum,
in ordine ad diuinam potentiam, quod ab aliqui-
bus dici solet, peccatum semel commissum semper
7
Quomodo
sic intelliger-
dum; pecca-
tum; pecca-

I 2 in a

semel commissum, semper manere, quando non retractatur.

manere, quoad retractatum non est, & ab illo denominari hominem peccatorem, seu esse in peccato quoad retractationem non impeditur haec denominatio. Constat enim in eo casu, in quo Deus infunderet habitus gratiae, & charitatis homini dormienti, peccatum transactum iam non manere nec actu nec reatu, seu morali duratione, & tamen ab ipso retractatum non esse. Illud ergo assertum aut solum intelligendum est de lege, & secundum potentiam ordinariam, & cum aliquibus limitationibus, scilicet, ut sermo sit de peccato actuali, & mortali, & de retractatione formali, aut virtuali perfecta, vel imperfecta, iuxta superius dicta de contritione, & attritione. Vel certe (& fere in idem redit) subintelligenda est conditio, nisi Deus altiori modo remittat huiusmodi peccatum per infusionem altioris doni. Et ideo D. Augustin. d. libr. 1. de Nuptiis c. 26. generalius dixit, peccata praeterita, licet transierint actu, manere reatu, nisi remittantur: possunt autem remitti sine propria hominis retractatione, ut ostensum est. Sicut etiam ante legem gratiae verum erat dicere, peccatum mortale durare quoad non retractabatur per contritionem, vel amoris super omnia: nunc autem non est verum, quia sine tali retractatione remitti potest, nisi contritionis nomine intelligatur etiam attritio formata per gratiam, vel sub amore super omnia includatur habitus charitatis de novo infusus.

August.

8 Respondetur ad exemplum de actu bono.

Et hinc etiam facile responderetur ad exemplum quod afferebatur de actu bono, quia non potest ab homine auferri bonitas, vel rectitudo eius, quoad non retractatur. Dicendum enim in primis est, non esse similem rationem, quia malum culpae non potest fieri in nobis sine nobis aliquo modo cooperantibus: est contrario vero bonum potest in nobis à Deo fieri sine nobis. Et eadem ratione potest Deus malum culpae à nobis sine nobis auferre per infusionem gratiae, & virtutum: bonum autem virtutis non auferitur à nobis sine nobis, id est, nisi nos ipsi tali bono priuamus nos: neque id est consentaneum diuinæ bonitati. Sic ergo non potest Deus, se solo, hominem in peccato constituere, potest tamen illum, se solo, à peccato mundare.

9 Obiectio de peccato originali.

Dices: Nonne homo in peccato concipitur, quod non commisit, nec aliunde illud habere potest, quoad à Deo, qui animam infundit? Respondetur, falsum esse hoc posterius, illud vero prius limitandum esse: unde hoc exemplum potius confirmat, quod dicimus. Nisi enim omnes prius aliquo modo in Adamo peccarem, non possemus in peccato originali concipi: & ita illud peccatum non à Deo, sed ab hominis voluntate trahit originem, quae licet in vno indiuiduo fuerit, tamen moraliter fuit voluntas totius naturae: & ideo dixi, malum culpae non esse in nobis, sine nobis aliquo modo cooperantibus, scilicet vel voluntate propria in peccatis actualibus, vel voluntate capitis in originali. Iustitia autem potest sola Dei voluntate infundi. Et quamuis nunc non infundat illam adultis, nisi propria voluntate consentiant, nec paruulis, nisi saltem consentiant aliena, scilicet, per Christum tanquam per supremum caput hominum, & mediatorem inter ipsos & Deum, & Ecclesiam applicantem illi remedium à Christo relicto. Tamen de potentia absoluta, potest Deus sine interuentu alicuius voluntatis humanae, peccatum originale auferre, quamuis illud non potuerit introduci in humana natura sine defectu alicuius voluntatis humanae.

10 Priuatio boni, quae non fit culpa, potest fieri à Deo.

Remittere ergo peccatum est opus Dei, quod potest se solo facere, introducere autem peccatum non est opus Dei, ut possit ab ipso fieri. Priuatio autem alicuius boni, quae rationem mali culpae non habeat, etiam potest à solo Deo fieri sine vlla causa, vel cooperatione hominis: posset enim Deus sua voluntate priuare hominem habitibus gratiae, & vir-

tutum: tamen (ut dicebam) in his bonis animae nunquam Deus id facit, quia non est ita consentaneum bonitati eius. Et eadem ratione si in actu bono semel factio consideretur vis ad praemium aliquod, quod in homine relinquit: etiam potest Deus hominem priuare tali praemio sine eius culpa, sed sola voluntate sua: sicut potest remittere poenam peccati sine vlla poenitentia, vel retractatione eius. In quo est aliqua similitudo inter actum bonum, & malum quoad aliquem effectum eius: inter ipsum autem peccatum, & remissionem eius, seu bonum illi oppositum, semper versatur differentia assignata.

SECTIO III.

An possit mortale peccatum remitti sine infusione gratiae habitualis.

Altera Quaestio, quam proposuimus magis spectat ad materiam de gratia, quam ad praesentem, & ideo breuiter illam attingemus: non enim possumus omnino illam omittere, quia nonnulla inferius dicenda ab illa pendunt, ideoque ab aliis Theologis hic tractatur. Prius vero quam de illa dicamus, aliam quaestionem hic incidenter separare, & expedire necesse est. Potest enim queri, an interueniente actu peccatoris formaliter, vel virtute retractantis peccatum, possit illi peccatum remitti sine alia gratia, seu iustitia habituali. Non enim desunt Theologi, qui negent hoc fieri posse, etiam de potentia absoluta. Et videtur fuisse opinio Caietani 1. 2. quaest. 113, articulo secundo. Ille tamen non loquitur expresse de infusione habitus, sed absolute de infusione charitatis. Aliqui vero moderni tenent aperte hanc opinionem, ita ut afferant, de potentia absoluta non sufficere retractationem peccati per actualem poenitentiam ad remissionem eius sine infusione habitualis gratiae, vel alterius doni perfectioris illa. Fundamentum est, quia peccatum est priuatio gratiae habitualis: priuatio autem tolli non potest: nisi per contrariam formam. Secundo, quia nisi Deus gratiam infundat, non potest deponere odium & indignationem, quae est offensus homini propter peccatum: ergo nec potest remittere peccatum, si gratiam non infundit. Antecedens patet, quia si non remouet malum, quod peccatum intulit, quomodo dici potest deponere indignationem, & odium? eum ratio talis odij ex parte hominis, qui est obiectum illius, non fit nisi hoc malum. Sicut enim fieri non potest, ut dum Deus conferuat gratiam in homine, quem per illam amabat, illum non amet, ita è contrario quoad non auert malum priuationis gratiae, fieri non potest quin hominem odio habeat, quem prius odio habebat.

Prius opus nio. Caiet.

Fundamentum.

Nihilominus communis sententia est, posse Deum remittere homini peccatum, sine infusione alicuius habitualis doni, facta in tali homine sufficiente mutatione per aliquem actum. Hoc ut minimum sentit Bonau, 4. dist. 17, 1. part. art. 1. quaest. 1. alios statim referam, praemissa declaratione multorum, qui dictam sententiam ita exponunt. Dupliciter potest peccatum remitti, vno modo perfecte & exacte, restituendo hominem ad pristinam rectitudinem, & amicitiam. Secundo modo imperfecte, tollendo quidem ab homine quidquid pertinet ad formalem rationem culpae & offensae, ita ut iam non maneat obiectum dignum diuini odij & indignationis, non tamen restituendo illum ad priorem rectitudinem & statum iustitiae. Priori modo dicunt non posse peccatum sine gratiae infusione remitti, quod est per se notum & manifestum: quia peccatum deiicit hominem ab

Sine infusione habitualis boni potest peccatum remitti. Communis sententia. Bonau.

Perfecte remissio peccati fieri non potest sine gratiae infusione.

ab illo statim, & ideo quando ad illum non reducitur, non est facta integra & perfecta remissio. Atque hoc modo interpretatur D. Thomam in illo articulo secundo, quaestione 113. i. 2. & satis apparet, quia in titulo non absolute inquit de remissione peccati: sed de tali remissione, quae sit impii iustificatio, & hanc concludit non posse fieri sine gratiae infusione, quia iustificatio est translatio ad statum perfectae rectitudinis, ut articulo primo declarauerat. Vnde quia de facto, & secundum potentiam ac legem ordinariam remissio peccati non fit, nisi per veram iustificationem: ideo concludit necessariam esse infusionem gratiae ad remissionem peccati. Quod absolute & simpliciter est verum de lege ordinaria, in sensu vero quali composito est verum de potentia absoluta, scilicet, supposito quod remissio futura sit perfecta, & per veram iustificationem hominis. Et hoc sentire etiam videtur Scotus 4. distinctione prima, quaestione sexta, §. Ad argumenta, in fin. dū ait, in iustificatione peccatoris dupliciter esse mutationem; vnam priuatiuam, quae ex inimico sit non inimicus, aliam positiuam, quae ex indigno sit dignus, & hanc fieri non posse sine forma infusa. At perfecta remissio vtrunque mutationem includit: & ideo in hoc sensu fieri non potest absque gratia.

Posteriori autem modo dicunt posse remitti peccatum sine gratia habituali per aliquam mutationem actualem hominis. Ita opinatur Conrad. dist. artic. secundo, vbi ait, Scotum in re non contradicere D. Thomae. Idem expresse Ferr. 3. contra gent. c. 157. Soto libro secundo, de Natu. & grat. cap. 18. & in 4. distinct. 15. quaestione prima, articulo secundo, dubio vltimo, vt certum supponit posse peccatum remitti sine gratia habituali, quae sit qualitas infusa. Idem sentit Ledesm. 4. 1. part. quaestione. 27. artic. 2. Medin. 1. 2. quaest. 113. articulo secundo, dub. 2. iunctis his quae docet q. 110. art. 4. vbi etiam Zumel, quaest. 112. art. 2. disp. 2. ait, esse rem certam, de quo non est controuersia, posse peccatum remitti sine donis habitualibus infusis, si actus intercedat. Bellarm. lib. secundo, de Iustific. cap. 16. dicit, auersionem & maculam non posse auferri sine infusione habitus: rationem autem offensionis & inimicitiae auferri posse. Denique D. Thom. 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 1. ita dicit, requiri gratiam ad remissionem peccati, sicut ad meritum: constat autem qualitatem gratiae non esse necessariam ad meritum de potentia absoluta, licet sit necessaria ad optimum & connaturalem modum meriti. Eodem modo procedit q. 28. de Veritate art. 2. Capreol. vero in 4. d. 1. q. 2. art. 3. respondens Scoto, & afferens haec loca D. Thomae, sic ait, Ex ipso sine temeraria assertione, quod hoc non solum est impossibile potentia Dei ordinaria, imo potentia absoluta: tamen, vt securius loquamur, restringamus dictum, & dicenda ad potentiam Dei ordinariam. Ratio generalis reddi potest, quia peccatum per actum solum introductum est, absque generatione alicuius habitus realis & physici, seu positivi: quauis enim per actum peccati generari possit vitiosus habitus: tamen nec illud est per se ac semper necessarium ad rationem, vel statum peccati, nec quando sit talis habitus, ille pertinet ad substantiam peccati: potest enim peccatum tolli manente illo habitu, & potest talis habitus destrui, perseverante homine in statu peccati. Igitur peccatum habituale seu esse in peccato, per solum actum introducit: ergo per actum contrarium destrui potest, maxime per potentiam absolutam.

Quis sit actus per quem peccatum remitti potest sine infusione gratiae.

Vtamen verus sensus, propriumque fundamentum huius sententiae melius intelligatur, Fr. Suarez tom. 4.

duo declaranda sunt. Primum quis sit ille actus, per quem possit remitti peccatum sine infusione iustitiae habitualis. Secundum, quid requiratur ex parte Dei ad illam remissionem. Circa primum, vnum videtur certum, & frequentius receptum, sufficere actum supernaturalem dilectionis Dei super omnia, vel similem actum contritionis, seu detestationis, de peccato. Ita tenent citati auctores, & patet, quia hi sunt actus perfectissimi, & maxime accommodati ad hanc remissionem. An vero possit etiam id fieri per actum minus perfectum, verbi gratia, per attritionem, vel alium similem, non declarant dicti Doctores, quanquam in generali dicunt posse hoc fieri per actum dilectionis, vel alium modum procedentem ex diuina gratia. Alii vero solum per actum dilectionis Dei infusa, vel per actum contritionis dicunt posse hoc fieri: nam si iustificatio fieret per actum minus perfectum, necessariam esse putant gratiam habitualem, etiam de potentia absoluta. Fundamentum est, quia peccatum non potest tolli, nisi per formam aliquam inhærentem animae, quae per se ac formaliter repugnet peccato, & illud expellat, & quaelibet forma, quae huiusmodi fuerit, sufficit ad hunc effectum, quia vna forma sufficienter expellitur per alteram repugnantem. At vero actus illi charitatis & contritionis naturam suam formaliter expellunt peccatum, & ideo cum illis solis sine infusione habituum possit Deus remittere peccatum, & iustificare ac sanctificare hominem: praeter hos autem actus nullus est, qui habeat illam formalem repugnantiam, & causalitatem contra peccatum: & ideo quoties actualis mutatio hominis minus perfecta est, per attritionem, vel aliam similem, omnino necessaria est gratiae infusio, quia nulla inferior forma est incompatibilis peccato.

Ex qua declaratione inferitur primo, quando remissio fit per solum actum, nihil ex parte Dei requiri, praeter auxilium, & concursum ad talem actum efficiendum absque habitu, post ipsum vero actum, vt ille expellat peccatum sine habitu, nihil esse necessarium ex parte Dei, etiam si nolit infundere habitum, neque habeat aliam quasi positiuam beneuolentiam, vel voluntatem expellendi peccatum: per ipsum enim actum illud expellit. Secundo inferitur iuxta eandem sententiam, peccatum non esse priuationem habitualis gratiae definitae & in specie, sed absolute priuationem formae sanctificantis, siue illa sit habitus, siue actus: vnde talis priuatio sufficienter tolli potest per quatuor ex his formis, etiam si ambae non concurrant. Tertio inferitur, iuxta hanc opinionem, etiam si fingatur homo in puris naturalibus, & in eo statu peccare mortaliter, non posse ab illo expelli peccatum per solum actum ordinis naturalis, etiam si fingatur esse dilectio super omnia Dei, vt finis & auctor naturalis. Quia nullus talis actus habet vim expellendi formaliter peccatum, nisi supernaturalis sit: & ideo etiam in eo statu necessarium esset eleuari hominem ad dilectionem supernaturalem eliciendam, vel illi gratiam infundi. Quod ex parte sentire videtur Medin. prima secunda, qu. 113. dub. 2. & putat esse sententiam Caietani.

Ex duobus autem principiis, in quibus haec opinio fundatur, vnum non solum incertum, sed etiam falsum esse existimamus, nimirum, actum dilectionis, vel contritionis vi sua, & absque alia beneuolentia, vel gratia, formaliter expellere peccatum, de quo in superioribus dictum est, & latius 1. to. 2. part. disputat. 4. Hoc autem remoto fundamento, nulla sufficiens ratio reddi potest, cur possit Deus remittere peccatum homini contrito sine infusione habituum, & non possit idem facere cum homine attrito, aut habente alium similem actum, quo voluntas aliquo modo conuertatur a priori malo in bonum.

Actus dilectionis Dei super omnia & similis actus contritionis sufficit.

An alius actus sufficiat.

Opinio prima.

Corollarium primum huius opinionis.

Corollarium 2.

Corollarium 3.

Primum fundamentum praedictae opinionis restituitur.

Sot.

Impressio per se peccati remissio sine gratia habituali per aliquam mutationem hominis Conrad. Ferrar. Sot. Ledesm. Medin. Zumel. Bellarm.

D. Thom.

Capreol.

Ratio redditur.

Vtamen



Quemlibet actum quo homini de peccato formaliter de spiccat de peccato sufficere de potentia absoluta ad eius remissionem.

Nam licet illi actus sint magis accommodati & proportionati, tamen eo ipso quod per se ac formaliter non sufficiunt, necesse est vt Deus per aliam formam, vel modum expellat peccatum: ergo potest etiam idem facere cum attritione. Quod ergo spectat ad primum punctum propositum, dicendum est, actum quemcunque, quo formaliter homini displiceat peccatum commissum, posse esse sufficiens medium, de potentia absoluta loquendo, vt Deus, si velit, possit homini remittere peccatum absque infusione habituum. Probatur ratione facta, quia si actus sine habitu sufficere potest, non est cur in ordine ad diuinam potentiam exigatur perfectissimus, quia non potest magis inferri implicatio contradictionis in actu imperfecto, quam in perfecto, cum neuter per se esse forma naturaliter expellens peccatum, sed necessariū sit aliquid aliud adiungi ex parte Dei.

7 Secundum fundamentum incertum reputatur.

Quo fit, vt aliud principium, quo nitebatur sententia proxime tractata, incertum sit, & iuxta communem sententiam nullo modo admittendum. Est autem illud principium. Non posse Deum expellere peccatum, nisi per formam natura sua incompatibilem peccato. Nam si hoc principium verum esset, per nullum actum peccatoris posset Deus destruere peccatum, si habitum non infunderet. Patet sequela, quia ostensum esse supponimus, nullum actum peccatoris, quantumuis supernaturalem & charitatis, de ipso ac formaliter ex natura rei expellere peccatum. Rursus in peccatis venialibus videtur illud principium aperte falsum, nō solum de possibili, sed etiam de facto: quia saepe Deus remittit nunc peccatum veniale per sacramentum infundendo aliquem gradum gratiae habitualis, qui per se & ex natura sua non est impossibilis cum peccato veniali. Nam si illa gratia data fuisset absque sacramento, non esset impossibilis peccato veniali, nec illud expelleret, & tamen adiuncto sacramento, ex ordinatione diuina illud expellit. Nec enim singi potest, quod illa gratia, eo quod per sacramentum facta sit, physice sit diuersa, aut habeat aliquam entitatem, vel modum realem impossibilem natura sua cum tali peccato veniali; hoc enim & intelligibile est: & ex eo clare falsum ostenditur, quod post talem gratiam comparatā, potest homo committere simile peccatum veniale, & postea manere in reatu talis peccati venialis simul cum illa gratia: ergo non habent repugnantiam connaturalem inter se, ergo nec illa gratia habebat illam cum priori peccato veniali: nam eiusdem rationis sunt, & quod praecesserit, vel sequatur, impertinens est ad repugnantiam formalem. Vt ergo Deus remittat peccatum, non semper necesse est vt infundat, vel donet formam realem & physicam impossibilem ex natura rei cum peccato. Quod si in peccato veniali hoc verum est, erit etiam in mortali, quia nulla maior implicatio contradictionis excogitari potest.

8 Ordinatio diuina adiungi debet praedicto actui.

Ex his ergo colligitur, ad fundandam sententiam positam, vt possit Deus remittere peccatum medio actu sine infusione habitus, necessario addendum esse, ordinationem aliquam diuinam adiungi posse actui, ratione cuius quasi eleuetur ad destruendum tale peccatum, sicut nunc dicebamus de gratia baptismi, quae ex ordinatione diuina expellit omnem culpam venialem, etiam si alias natura sua non sit impossibilis illi. Haec autem ordinatio nihil aliud est, quam voluntas absoluta, qua vult Deus, vt posito tali actu habente qualemcunque repugnantiam cum priori peccato, expellat reatum ab illo relictum. In hoc enim non includitur repugnantia, vel implicatio contradictionis, quae assignari possit. Quod amplius explicatur, supponendo aliam opinionem satis communem, scilicet de potentia absoluta posse Deum conseruare qualitatem illam, quae

9 Gratia potest manere in homine

A est gratia, in homine peccante mortaliter, quia nihil est quod cogat Deum ad destruendam illam qualitatem: cur enim cogetur suspendere influxum, quod illam conseruat? Certè ex parte omnipotentiae non potest reddi ratio, nec ex parte bonitatis, vel iustitiae, quia in hoc Deus nihil ageret contra bonitatem suam, vel iustitiam. Nec etiam in tali obiecto inuenitur contradictio, quae omnipotentiae repugnet, quia licet per peccatum fiat quis indignus gratia: tamen Deus potest conferre suum beneficium indigno, & de conuerso licet gratia natura sua habeat facere hominem gratum, & expellere peccatum; Deus tamen potest non cooperari huic expulsioni, & permittit vt ille effectus gratiae impediat per superueniens peccatum. Sed de hoc amplius in 1. 2. qu. 110. artic. 4. vbi moderni expositores citati hanc sententiam amplectuntur, vt communiorē, & verifimiliorem. Ex illa autem aperte sequitur, quod licet gratia in fusa peccatori natura sua habeat peccatum expellere, non tamen sine aliqua cooperatione, seu condonatione Dei, quā potest Deus non conferre, etiam si det habitum gratiae: nam si potest hoc modo conseruare gratiam in homine actu peccante, ergo & dare illam eodem modo ei, qui iam peccauit, & in eo statu durat, est enim eadem in vtroque ratio. Vnde tandem concluditur, & habituale peccatum posse in homine formaliter manere sine prinatione qualitatis gratiae, vt patet in priori casu, & remissionem peccati posse formaliter intelligi sine infusione habitus gratiae, si Deus velit esse contentus alia minori mutatione voluntatis ad illam remissionem faciendam: sic enim illa remissio, quae nunc adiungitur gratiae vt connaturalis illi posset adiungi alicui actui gratiae, iuxta beneplacitum Dei, etiam si non esset ita connaturalis illi.

Ex quibus etiam obiter concluditur, homini existenti in puris naturalibus, & in eo statu peccati potuisse remitti peccatum, non solum sine infusione habitualis gratiae, verum etiam sine actu supernaturali, per naturalem contritionem, vel amorem Dei, vel alium similem actum ordinatum a Deo. Haec fuit sententia Victoriae, vt noui expositores referunt, vt videre licet in Medina 1. 2. quaest. 113. artic. 2. vbi tamen ipse ab eo in hoc dissentit, licet superius quaest. 2. art. 8. & quaest. 109. art. 2. eum sequutus fuerit. Quam varietatem in ipso notauit Zumel, sequens Victoriam dict. quaest. 113. artic. 2. Disput. 2. Ratio est, quia Deus potest remittere peccatum per solum actum peccatoris, vt extensum est: ergo in vnoquoque statu potest remittere per actum proportionatum illi statui. Nec enim verisimile est, in eo statu fuisse hominem incapacem remedij contra peccatum, nisi eleuaretur ad ordinem gratiae, & supernaturalem.

Sed aiunt, tali homini non potuisse remitti peccatum, nisi ex liberali beneuolentia & amore Dei; hic autem est amor supernaturalis, quia non est naturae debitus: ergo necessario debet efficere in tali homine aliquid supernaturale: quia amor Dei est efficax, & ideo semper habet aliquem proportionatum effectum, quia non supponit bonum, sed facit, nec ferri potest in bonum apparatus, sed verum. Respondetur: Duobus modis potest amor dici supernaturalis, vel quia gratuitus, & non debitus, vel quia habet pro obiecto aliquid supernaturale donū. Rursus hoc donum intelligi potest, vel positiuū, vel ablatiuum alicuius mali. Concedo igitur necessariam fuisse in eo statu beneuolentiam gratuitam Dei, quia homo non haberet vires ad expellendum a se peccatum nisi Deus gratis remitteret. Et hoc sensu concedo etiam talem amorem dici posse supra debitum humanae naturae, & praeteritiam iam lapsae. Non vero esset talis amor supernaturalis ex obiecto positiuo, id est, eleuante hominem ad finem, dona, vel amicitiam supernaturalem. Et hoc sensu negatur consequentia

peccante mortaliter

Peccatum potest remitti homini existenti in puris naturalibus per amorem Dei vel contritionem naturalem sine infusione gratiae. Vid. Medina. Zumel.

10 Obiecto

Solutio

sequentia, satis enim esset quod per illum amorem daretur homini restitudo naturalis, modo gratuito, & supra omne debitum eius, & quod simul ab illo expelleretur malum peccati, quatenus rationi, & naturali fini contrarium. Quod satis tunc esset, quia peccatum, tunc commissum non esset directe contra finem supernaturalem, sed tantum indirecte, ponendo obstaculum supernaturali restitudo. Sed vrgeri adhuc potest, quia tunc non posset remissio fieri sine dilectione Dei super omnia, quæ sine gratia & charitate infusa haberi non potest. Respondeo primum, potuisse Deum peccatum remittere sine actu adeo perfecto ex maiori quadam liberalitate. Deinde potuisse tunc Deum acceptare, vt sufficientem dispositionem, dilectionem super omnia Dei vt est finis naturæ, qui actus non est supernaturalis in sua substantia & entitate, sed differt in hoc ab actu charitatis infusæ, & de hoc actu supernaturali præcipue loquimur. An vero actus ille fieri possit sine speciali auxilio, nec ne, alia quæstio est quæ huc non spectat.

A tariam ex præcedenti actu esse culpam per modum habitus: sic enim priuatio iustitiæ originalis, quatenus idem erat cum gratia, vt est paruulo voluntaria voluntate sui capitis, est peccatum originale. Similis ergo priuatio, vt voluntaria propria voluntate per peccatum præcedens, erit peccatum habituale.

Secundum explicando modum.

Contra hoc vero similiter obiici potest, quia etiam illa priuatio vt sic voluntaria, est pœna, ergo sub eodem respectu, sub quo est pœna, est etiam culpa, quod esse non potest. Antecedens patet, quia illa priuatio non est voluntaria, nisi remote & in causa, quia, nimirum culpa ipsa voluntaria est, propter quam Deus subtrahit gratiam: hoc autem modo etiam ipsa pœna, vt pœna, voluntaria est, quia remote est volita in ipsa culpa. Respondetur, de ratione mali pœnæ vt sic, non esse quod sit voluntarium ei, qui illud patitur: nam si consideretur tantum vt malum quoddam, solum dicit priuationem boni debiti, seu conuenientis: si vero consideretur vt pœna, sic quidem dicit respectum ad aliquod voluntarium tanquam ad causam, scilicet, ad culpam; tamen formaliter non postulat quod sit voluntarium: nam si culpa committatur cum ignoratiâ inuincibili pœnæ, tunc pœna non est voluntaria villo modo, & tamen veræ pœnæ rationem retinet. At vero malum culpæ intrinsece, ac formaliter postulat voluntarium, ita vt nec rationem mali moralis habeat, nisi voluntarium sit. Adde etiam, ad rationem pœnæ satis esse, quod voluntarium circa culpam præcesserit, postquam pœnam durare, etiam si voluntarium illud nullum sit, sed tantum fuerit, sicut patet in pœnis Purgatorij, & similibus: at vero culpa quando est, semper requirit proportionatum voluntarium: si enim sit peccatum actuale, requirit actuale voluntarium; si vero sit culpa per modum habitus, necessarium etiam est, vt voluntarium quod fuit in actu, etiam durare censeatur per modum habitus, quia voluntarium est de intrinseca ratione mali culpæ.

14. Obiect. contra illud.

Solutio ad objectionem, scilicet confirmatio sententia.

B esse, quod voluntarium circa culpam præcesserit, postquam pœnam durare, etiam si voluntarium illud nullum sit, sed tantum fuerit, sicut patet in pœnis Purgatorij, & similibus: at vero culpa quando est, semper requirit proportionatum voluntarium: si enim sit peccatum actuale, requirit actuale voluntarium; si vero sit culpa per modum habitus, necessarium etiam est, vt voluntarium quod fuit in actu, etiam durare censeatur per modum habitus, quia voluntarium est de intrinseca ratione mali culpæ.

C hoc ergo supposito, facile intelligitur, licet in homine maneat eadem carentia gratiæ habitualis, siue in ratione puræ negationis, siue etiam in ratione priuationis, fieri potest, vt non maneat in ratione culpæ, quia fieri potest, vt non maneat voluntaria. Quod facile patet, si prior culpa actualis perfectè retractata est per detestationem eius Deo acceptam, & sufficientem secundum eius ordinationem; tunc enim, licet ipse Deus non restitueret gratiam habitualem, carentia eius hic, & nunc non esset homini voluntaria, nec actu, nec habitu, & ideo non haberet rationem culpæ in illo, & ita stare posset remissio culpæ cum tali carentia gratiæ. Quod patet etiam à contrario: quia post veram rationem culpæ habitualis existere sine tali carentia gratiæ, quasi materiali, reali, & physica. Vt patet in casu supra posito, in quo Deus conseruaret gratiam in homine mortaliter peccante: nam ille postea vere maneret in peccato, etiam si non haberet physicam priuationem gratiæ, quia satis est, quod habeat malitiam peccati prius commissi per modum habitus permanentem morali quodam modo: sic ergo posset etiam esse remissio illius culpæ, etiam si de nouo gratia habitualis illi homini non infunderetur, quia si supponitur illam habere, non est denuo necessaria, nec etiam intensio gratiæ esset necessaria ad remissionem peccati: ergo etiam si supponatur subtractio gratiæ, potest remitti id, quod est quasi formale in illo peccato, licet priuatio physica gratiæ non auferatur.

15. Priuatio gratiæ potest in homine manere non habens rationem culpæ.

D aliter etiam hoc explicatur, quia carentia gratiæ dupliciter potest homini inesse: primo per modum puræ priuationis: secundo per modum contrarij. Priori modo intelligitur esse, si tantum faciat hominem non gratum Deo, non tamen reddat ingratum & iniustum: vt si Deus (iuxta opinionem aliquorum) creat-

16. Tertium ex. plicandi modum.

Fundamentum contrariæ sententiæ diluitur.

Ad fundamentum ergo contrariæ sententiæ in principio huius puncti propositum, respondetur primo, solum probare peccatum commissum ab homine elevato ad finem supernaturalem, non posse plene remitti quoad omnia, quæ includit, sine infusione gratiæ habitualis, quod fatemur: non vero probare non posse remitti alio modo minus perfecto. Secundo vt exactius fundamentum illud soluat, suppono, priuationem gratiæ ita absolute & nude sumptam, non esse peccatum, sed aliquid illi addi oportere, vt rationem, vel denominationem habituales peccati accipiat. Quod insinuauit D. Th. 1. 2. q. 86. art. 1. ad 3. dicens, maculam peccati esse priuationem nitoris animæ in ordine ad suam causam quæ est peccatum: itaque non priuatio gratiæ absolute, sed sub tali respectu dicitur esse macula. Atque ita ibi exposuit Conrad. & Sot. in 4. vbi supra. Et patet, quia priuatio gratiæ per se & absolute sumpta, potest fieri à Deo, & vt sic non est peccatum, nec macula peccati, nam etiam non præcedente peccato fieri potest.

11. Dicitur.

11. Priuatio gratiæ non est peccatum.

D. Thom.

Conrad.

12. Quia si re. solum sub quo priuatio gratiæ dicitur, non peccatum, prima opinio. Inuincitur.

Quis autem respectus ille sit ad actum præcedentis peccati, sub quo ipsa priuatio gratiæ dicitur esse habituale peccatum, difficile explicatur. Quidam dicunt, eo ipso quod talis priuatio introducta est propter peccatum, habere rationem macule, & peccati habitualis, neque alium respectum requiri, nisi quod hæc priuatio gratiæ respiciat illud peccatum vt causam. Sed profecto hoc aut falsum, aut diminutum est. Nam si hoc intelligatur de quolibet respectu causæ, falsum est: si de aliquo speciali, diminutum est. Hoc posterius per se constat, quia non explicatur quis esse debeat ille respectus causalitatis. Prius autem patet, quia alioqui sub eodem respectu, sub quo priuatio gratiæ est pœna talis peccati, esset etiam peccatum manens per modum habitus: hoc autem dici non potest, alias Deus qui fecit illam priuationem vt pœnam peccati, faceret etiam illam vt maculam, & vt peccatum habituale, quod dicitur non potest. Prima sequela patet, quia priuatio illa, vt est pœna, non solum est effectus Dei, sed etiam ipsius peccati, sicut enim præmium est effectus non tantum Dei, sed etiam meriti: ita pœna vt sic est effectus culpæ; ergo si illa priuatio habet rationem culpæ habituales, & hoc præcise quod est effectus culpæ actualis, ex eodem respectu habet quod sit pœna, & quod sit culpa: quia etiam non est pœna, nisi vt est effectus culpæ.

Aliter ergo dicitur, priuationem gratiæ vt volu-

creasset angelos sine gratia, fuissent pro tunc non gratia non tamen essent ingrati, & hoc modo carentia gratiæ non habet rationem culpæ. Posteriori autem modo potest esse illa carentia in homine, reddens illum ingratum & iniustum Deo, & tunc dicimus, non solum esse per modum priuationis, sed etiam per modum contrarij: habet autem hoc quatenus ipse homo voluntate sua se auertens à Deo, se ipsum priuat gratia, & reddit moraliter incapacem eius, & vt sic habet talis priuatio rationem culpæ. Posita ergo in homine post peccatum aliqua conuersione actuali, potest manere illa carentia sub prior ratione, & non sub posteriori. Vnde iam tunc illa carentia gratiæ sic manens, non est obiectum diuini odij, sicut in exemplo adducto de Angelis constat, sed est tantum obiectum carentiæ amoris cuiusdam.

37 Addo denique vere etiam dici posse, talem hominem ex tunc non carere gratia propter peccatum præcedens, sed ex libera Dei voluntate, qui non vult illam donare, supposita enim hominis conuersione, remissione diuina, iam non maneret ex parte hominis positua ratio propter quam subtraheretur illi gratia. Sicut, verbi gratia, si Deus iustificaret hominem à peccato per infusionem gratiæ, & postea illum gratia priuaret sola sua voluntate, illa priuatio nec esset culpa, nec esset propter priorem culpam iam remissam, sed solum quia Deus ita vult. Ergo simili modo sine hac temporis, & rerum successione potest Deus in eodem instanti in quo culpam remittit homini bene disposito, non infundere gratiam, iam non propter culpam, sed propter suam voluntatem.

18 *Obiect.* Dices, cum illa priuatio gratiæ propter culpam introducta fuerit, quandiu continue & sine interruptione durat, habet necessarium eundem respectum ad culpam: nam peccatum actuale iam præterit: ergo si propter illud priuatus fuit homo gratia, quandiu priuatus manet, propter illud priuatus manet. Hæc vero consequentia nulla est, quia sicut forma fieri potest ex vna causa, & conseruari sine illa per aliam causam, ita etiam priuatio. Vnde solum sequitur hunc hominem priuatum fuisse gratia propter peccatum, non tamen nunc esse, quia iam non habet peccatum, quod gratiam impediatur: diuina tamen voluntate potest non restitui in gratiam. Præterquam quod, licet daremus illam priuationem manere in penam peccati præteriti, non sequeretur manere in ratione culpæ, quia secundum præsentem statum iam voluntaria non est, vt dixi.

Solutio: Hæc vero consequentia nulla est, quia sicut forma fieri potest ex vna causa, & conseruari sine illa per aliam causam, ita etiam priuatio. Vnde solum sequitur hunc hominem priuatum fuisse gratia propter peccatum, non tamen nunc esse, quia iam non habet peccatum, quod gratiam impediatur: diuina tamen voluntate potest non restitui in gratiam. Præterquam quod, licet daremus illam priuationem manere in penam peccati præteriti, non sequeretur manere in ratione culpæ, quia secundum præsentem statum iam voluntaria non est, vt dixi.

SECTIO IV.

An possit peccatum remitti sine physica mutatione peccatoris.

Iam vero superest vltima dubitatio, vtrum hæc culpæ remissio fieri possit sine infusione habitus, atque etiam sine physica mutatione peccatoris per aliquem actum. Supponitur autem peccator iam cessasse ab actuali peccato, quandiu enim illud actu committitur, certum est non posse destrui, sit enim sensus compositus, in quo est aperta impossibilitas. In hac ergo re sunt etiam oppositæ Theologorum sententiæ. Nam quod sit necessaria mutatio, tenent in primis omnes, qui vel actum definite, vel habitum requirunt. Quod vero saltem disunctum requiratur actualis, vel habitualis mutatio, tenent moderni expositores D. Thomæ supra citati in 1. 2. qu. 113. artic. 2. Ex D. Thomæ vero nihil afferunt, quod id probent, quia nullibi amplius dicit, quam quod in superiori puncto citatum, & explicatum est cum antiquis Thomistis. Quauis autem ipsi plura argumenta pro hac sententia congerant, duo videntur

Prima sententia.

A præcipua, & quæ in ore omnium versantur. Vnum est metaphysicum, quia non potest homo transire à statu peccati ad statum munditiæ, seu carentiæ peccati sine alicuius personæ mutatione: sed non potest id fieri per mutationem Dei, vt per se constat, ergo per mutationem peccatoris: ergo, vt tollatur ab homine peccatum, necessaria est aliqua mutatio realis eius. Confirmatur ac declaratur, quia auersio tolli non potest nisi per conuersionem; conuersio autem non potest intelligi sine mutatione actuali vel habituali. Confirmatur secundo, quia non potest peccatum remitti à Deo, nisi deponat odium, & diligere incipiat, quem odio habebat: hæc autem dilectio terminari debet ad obiectum re vera, & non tantum apparenter bonum: ergo necesse est, vt ille qui erat malus, fiat bonus, quod sine mutatione intelligi non potest.

B Secunda ratio concernit aliquo modo dogmata fidei: quia si peccatum posset illo modo remitti, per solum non imputationem Dei remitteretur, quia ibi solum interueniret extrinseca condonatio, quæ idem est quod non imputatio. Consequens autem est falsum primo, quia alias peccatum habituale solum diceretur esse in homine, quia à Deo imputetur, quia oppositorum eadem est ratio. Consequens autem falsum est, sic enim incidimus in opinionem Scoti dicebat, esse in peccato, solum esse ordinari à Deo ad penam ratione præteriti peccati; nam imputatio Dei nihil aliud esse potest, quam hæc ordinatio. Secundo quia alias etiam nunc remissio peccati fieret per hanc non imputationem: renouatio autem interior solum concomitanter se haberet, quod nullo modo dicendum videtur, quia per hoc fauetur hæreticis huius temporis. Sequela vero patet, quia id, quod immediate ac per se destruit id, quod est formale in peccato, est hæc remissio Dei extrinseca, quia illa posita tollitur id, quod habet rationem culpæ: etiam si cetera non ponantur, & illa non posita, non tollitur propria ratio culpæ, etiam si cetera ponantur.

Peccatum remitti posse sine physica mutatione peccatoris. Vera sententia.

C Contrariam sententiam docent Scot. Gabr. Ocham, & Medina locis supra citatis. Item Scot. in 4. distinct. 1. quæst. 6. & in 2. distinct. 28. & sæpe alias. Eandem significat Bonauen. in 4. distinct. 17. articulo 1. quæst. 1. ait enim, licet Deus potuerit peccatum remittere sine medio, nunc autem non tollere illud, nisi per infusionem gratiæ: & in solut. ad vlt. declarat, gratiam aliquando pro actu, aliquando pro habitu sumi: significat ergo sine vtroque medio posse Deum culpam remittere. Idem tenet expresse Gerson. 3. part. Alphab. 61. lit. D. coroll. 9. in lect. 1. de Vita spirit. Idem tenet Henric. lib. 4. Summæ cap. 30. & plane idem sentit Bellarmin. supra, nam prius negat actum pertinere ad causam formalem iustificationis, deinde ait, Deum voluntate sua sine infusione habitus posse facere peccatorem non inimicum. Denique Zumel dist. quæst. 113. articulo 2. disp. 2. licet priorem opinionem censeat probabilior, hanc iudicat probabilem, & soluit omnia argumenta contra illam. Omisso fundamento Scoti, quod merito ab omnibus recte sentientibus reicitur: fundamentum huius opinionis esse debet, quia in hoc modo remittendi peccatum, nulla est implicatio contradictionis. Hoc autem dupliciter ostendi potest: primo directe & positive, secundo soluendo quæstiones afferuntur.

Ratio ergo ostensiva sumenda est ex duobus punctis præcedentibus. Nam Deus potest remittere peccatum sine actibus peccatoris, seu absque mutatione,

Scot. Gabr. Ocham. Medin. Bonau.

Gerson. Henric. Bellarm.

Zumel.

4 Ratione ostenditur.

fiōne, quæ per illos fiat, potest etiam sine infusione habituum, ergo potest sine vtriq; Probatu con- sequentia primo, quia quoties remittit Deus peccatum mediis actibus, illi actus non concurrunt, nisi vt dispositio congrua, destructio autem peccati nō fit per eos formaliter: sed quod Deus facit mediante dispositione, potest facere sine illa, ergo potest illam remissionem facere sine actu: ergo si facit talem remissionem sine habitu, potest etiam facere sine actu, & habitu. Confirmatur quia supra ostensum est, & ex illis duobus principiis supra positis sequitur, posse Deum remittere peccatum non infundēdo aliquam formam intrinsecam incompossibilem peccato ex natura rei: ergo quidquid præter hanc formam aliquando intercedit, non est ita necessarium, quin absque illo possit peccatum tolli, quia solam causam formalem adæquatam, vel materialem intrinsecam non potest Deus supplere, reliquas omnes causas dispositiuas, vel efficientes supplere potest.

Secundo, quia peccatum postquam transit actu, & manet reatu, non relinquit in anima aliquid reale positiuum illi inherens, vt est certum apud omnes; & ex hac parte expelli potest sine mutatione physica corruptiua, seu expulsiua alicuius forme positivæ. Rursus, nec relinquit in anima priuationē aliquam physicam præter priuationem gratiæ: ostensum autem est posse tolli sine infusione gratiæ habitualis, cui illa priuatio directe opponitur: ergo poterit etiam expelli sine infusione cuiuscunque alterius forme. Patet hæc vltima consequentia, quia omne aliud, quod in peccatore manet, est solum quid morale, vel respectus ad præcedens peccatum: ergo ad hæc tollenda non est necessaria forma physica, sed remissio mortalis sufficit. Confirmatur, ac declaratur ex dictis: nam Deus potest infundere habitus gratiæ peccatori dormienti, vel amenti, & ita ab illo expellere peccatum. Rursus deinde posset illum priuare habitu gratiæ, & tunc maneret sine peccato, & sine gratia, & sine villo actu retractatiuo peccati, quem post illud commissum habuerit: ergo hic status absolute est possibilis post peccatum commissum: ergo potest Deus restituere hominem ad illum statum sine infusione, & corruptione gratiæ; nam si res in facto esse est absolute possibilis, omnipotentia Dei non pendet ex illis transmutationibus, neq; est vllaratio ita ligandi illam.

Secundo principaliter hoc ostēditur examinando contradictionem, quæ in hoc negotio excogitari potest. Et quidem illa prior de mutatione, nunquam me multum mouere potuit, quia optime & sine difficultate intelligo, Deum sine vlla sui mutatione posse efficere hanc formalem mutationem in homine, licet non faciat physicam, eamq; sufficere vt homo, qui antea erat in peccato: nunc non fit, neque illam denominationē accipiat. Sicut enim homo remittendo alteri offensam, vel debitum facit vt ille, qui antea erat illi offensus, vel debitor iam non fit, sine mutatione physica eius, cui fit remissio, ita videtur posse facere Deus. Hac interueniēte differētia, quod homo, vt remittat alteri, habet nouū actum voluntatis, quo mutatur: Deus autem sine sui mutatione potest ex æternitate habere decretum seu determinationem suæ voluntatis pro tali tempore. Quidquid enim potest humana voluntas recte velle per plures actus, & mutationem eorum, potest voluntas diuina excellentiori modo velle ex æternitate simplicissimo actu, cum respectu, vel determinatione libera (quidquid illa sit) ad diuersa tempora. Potuit ergo pro tali tempore velle remittere statum peccati in tali persona, & pro alio remittere offensam. Nam re vera ex parte mutationis nulla potest in hoc excogitari implicatio; quia, vt hæc dux prædicationes de eodem homine veræ sunt, scilicet, esse in peccato, & non esse in peccato,

A satis est pro diuersis temporibus verificari. Ethoc Gerson. Gabriel. sensu dixerunt Gerson, Gabriel, & alij, ad hoc sufficere temporis successione, scilicet, quoad mutationem Physicam. Nam in ipso peccatore fit etiam quædam mutatio moralis (vt dixit Scot. in loco supra citato ex 4. dist. 1. q. 6.) quæ sufficit ad veritatem illarum enunciationum, quia effectus ille tantum moralis est. Et declaratur à simili, nam omnes fere auctores concedunt posse Deum remittere pœnam sola sua voluntate, sine vlla mutatione physica peccatoris, & sine mutatione Dei.

Dicunt vero aliqui, posse Deum hoc facere, si à principio quando homo peccat, pœnam remittat, non tamē si à principio obligauit illum ad pœnam: tunc enim aiunt, non posse postea remittere sine sue voluntatis mutatione. Quod quidem esset verum, si Deus à principio ordinasset peccatorem ad pœnam irremissibiliter, seu absolute pro toto tempore futuro, & sine vlla subintellecta conditione, nam tunc voluntas remittendi esset contraria: vnde ex illa hypothesi, etiam facta in homine mutatione, haberi non posset. At vero reatus, seu obligatio ad pœnam non semper est huiusmodi, sed solum secundum præsentem iustitiam, vel sub conditione aliqua, nisi respuerit, vel nisi alius pro te orauerit, vel aliquid eiusmodi. Sic ergo potuit Deus ex æternitate velle, vt peccator dum peccat, & pro tali tempore fit debitor pœnæ, ita vt si in eo tempore decedat, ex vi illius decreti puniatur, & tamen simul velle, vt pro alio tempore iam non fit debitor pœnæ.

C Addo, in reatu pœnæ temporalis contingere posse de facto, vt sine mutatione peccatoris remittatur illi reatus talis pœnæ, quanuis de lege ordinaria hæc non fiat sine mutatione, saltem in alio facta: verbi gratia, sine oratione alterius, vel ieiunio ab alio oblato, aut quid simile. Hæc vero mutatio parum refert ad rem de qua agimus, quia illa non est obiectum illius actus voluntatis diuinæ, quo remittitur reatus pœnæ, sed est ratio illius: remissio autem fit sine physica mutatione Dei, aut peccatoris. Vnde, quantum ex est hac parte, posset etiam Deus illam facere sine illa oratione, vel mutatione alterius personæ, sed mere liberaliter ex sola sua voluntate. Quo argumento non vtimur, sicut Scotus, existimantes hanc solam remissionem sufficere ad remissionem peccati quoad culpam; sed solum vt explicemus à simili, ex vi mutationis hoc non repugnare.

Eodem modo afferri possunt alia exēpla moralia, nam homini habenti debitum voti potest Deus illud remittere sola sua voluntate, & tunc fiet ex debitore nō debitor, pro diuersis temporibus, per voluntatem Dei, cuius decretū pro tali tempore æternum fuit: ideoq; habere potest effectum in tempore sine mutatione Dei, & sine mutatione physica hominis, cū sola morali, quia esse debitorem ex voto, solū quid morale est. Dicunt quidā, necessarium esse, vt Deus reuelat tali homini illam voluntatē suam, quod non fit sine mutatione physica hominis. Sed hoc non refert, tum quia illa reuelatio nō tollit debitum, sed supponit ablatū; nec enim est necessaria per se, vt tollatur debitum, cum diuina voluntas per sese sit potens ad hoc faciendū, non expectato consensu, vel acceptione hominis: non est ergo illa reuelatio per se ad hoc necessaria, sed solum, ne homo ex cōscientia erronea adhuc putet se debitorem. Tū etiam, quia illa mutatio reuelationis nō fit per voluntatem remittēdi promissum vt sic, sed per nouū actum diuinæ voluntatis nostro modo intelligēdi: ergo sistendo præcise in priori actu, ille habetur sine mutatione Dei, vel hominis, & cum sit efficax, suum effectum habet. Deniq; si in presenti quippiam simile concedatur, id est quod hæc sententia interdicat, nimirum ad remittendum peccatum sufficere voluntatem diuinam sine mutatione physica peccatoris,

Gerson. Gabriel.

Scot.

Dubium de remissione pœnæ scilicet.

Idem ex obligatione vti confirmatur.

Obiectiones occurrunt.

ris, qua formaliter destruitur peccatū, licet requiratur aliqua reuelatio, vel noua notitia, qua tali homini confitetur se esse liberum à vinculo peccati, ne ex conscientia erronea, adhuc putet se esse in peccato.

Quæ reuelatio non erit necessaria, si fingamus peccatorem incidisse in amentiam perpetuam, & Deum velle illi remittere peccatum, nullam aliam intrinsecam gratiam illi concedendo, quia neque ille esset capax talis reuelationis, neque illa esset in eo utilis ad aliquem effectum moralem, vt ad tollendam conscientiam erroneam, vel mores in futurum instituendos, quia ille supponitur esse absque vsu rationis.

Atque hoc exemplum facit aliquid ad confirmationem huius sententiæ. Cur enim non poterit Deus ex æternitate sua velle remittere peccatum ei, quem prævidet pro tali tempore futurum perpetuo amicum? Dices, posse quidem, sed infundendo illi gratiam suam. Sed contra, quia hoc est quasi duplicatū beneficium, cur ergo non potest facere vnum, & non aliud? vel certe, quidquid sit ex alio capite, saltem ex vi immutabilitatis nõ repugnat. Adde Sotum, & alios auctores ad hoc non requirere gratiam in esse qualitatis sed in esse gratiæ (vt ipsi loquuntur) illa autem gratia non ponit mutationem physicam in creatura, sed extrinsecam acceptationem, vel fauorē: ergo, si Deus hoc potest facere sine sui mutatione, & sine actione physica circa hominē, poterit etiā aliud.

Deinde supra ostensum est posse Deum tollere ab homine peccatum per solum actum attritionis, sine alio habitu infuso, ergo, si hoc potest facere simul in eodem instanti in quo homo habet attritionem, poterit etiā non in eodem instanti facere, sed postea quando iam homo dormit, seu amens est: sicut baptisimus confert gratiam homini attrito, non solum si recipiatur durante actu attritionis: sed etiam si post talem actum detur sacramentum homini dormienti. In priori ergo casu, in quo Deus homini dormienti prius attrito remittat peccatum sine infusione habituum, nõ fieret in tali homine noua mutatio physica, quia hæc iam præcessit, & ipse adhuc in peccato mansit, & nihilominus illi potest remitti peccatum ex vi æterni decreti, quo Deus statuit remittere peccatum homini attrito, nõ tamen statim, sed post annum, verbi gratia si superuixerit; quæ enim est in hoc implicatio? Ergo eadem ratione posset id facere sine interuentu attritionis per simile decretum de sola temporis successione, vel alia extrinseca conditione, si aliter rogauerit, vel alia simili: ergo ex vi immutabilitatis hoc non repugnat.

Altera implicatio sumi videbatur ex parte effectus, qui non apparet factibilis sine forma positua, quia auersio tolli non potest, nisi per cōuersionem. Sed hoc argumentum solum videtur conuincere, perfectam peccati remissionem, quoad omnia damna, quæ tunc inferunt, non posse fieri sine physica mutatione peccatoris, quod verissimum est, vt patet ex dictis in puncto præcedenti. Talis enim homo priuauit se peccando vera & supernaturali cōuersione ad Deum: vnde donec illam obrineat, nõ liberatur omnino à damno, quod peccatum intulit: non potest autem iterum illam comparare sine mutatione physica. Non tamen videtur probare ratio illa de remissione imperfecta, quæ tamen sufficit, vt homo iam nõ sit inimicus, nec in statu peccati. Nam ad hoc non videtur necessarium, vt qui per peccatum fuit auersus, cōuersus fiat, sed satis est, vt fiat non auersus: potest autem fieri non auersus, etiam si non fiat cōuersus; sicut potest fieri non inimicus, etiam si non fiat amicus. Nam formaliter ac præcise loquendo, destructio formæ nõ semper requirit causam formalem contrariam, sed tantū carentiam talis formæ.

Quia vero in forma priuatiua videri hoc potest

difficile: ideo, sicut supra dicebamus de priuatione gratiæ, ita nunc de auersione dicitur, intelligi posse per modum formæ contrariæ vel solius priuationis. Per peccatum enim fit homo auersus quasi contrarie, quia voluntate sua se auertit, id est, se priuat debita cōuersione in Deum, & ideo manet odiosus Deo, & iniustus: & quamdiu hæc auersio sub hac ratione durat, impossibile est tolli peccatum. Fieri autem potest, vt absque cōuersione positue opposita tollatur illa auersio, vt moraliter est contraria cōuersioni, maneatque in homine illa carentia cōuersionis: vel in ratione puræ negationis, vt si Deus remittat homini priorem offensionem, simulque tollat illi debitum habēdi talem cōuersionem, reducendo illam ad statum purorum naturalium, vt Scotus argumentatur. Vel etiam relicto hoc debito, & ordine ad finem supernaturalem, potest fieri, vt maneat illa carentia cōuersionis in ratione puræ priuationis physice, & non in ratione moralis auersionis, hæc enim includit rationem iniuriæ, quæ per remissionem personæ offensæ tollitur, & ea sublata non manet fundamentum inimicitæ, nec obiectū illud manet ex se odiosum, vel iniustum, etiam si non maneat gratum, vel amicum. Quod confirmat exemplum humanū, quia hoc modo potest vnus homo remittere offensam alteri, etiam si illum non recipiat in amicitiam suam, vel bonum aliquod ei cōmittit. Nam licet in hoc efficacior sit voluntas diuina, quam humana, tamen nõ cogitur suam efficacitatem exercere: sed potest id præcise velle quoad remissionem iniuriæ, & ad inimicitiam tollendam necessarium est, nihilque amplius: potest ergo velle tantum remittere culpam.

Ex quibus patet etiam solutio ad secundā confirmationē alterius opinionis. Iam enim declaratū videtur, posse Deum deponere odium erga peccatū, etiam si qualitate aliquam, vel actionē illi nõ conferat. Quoad dilectionem vero distinguendum est. Quia non solum est dilectio voluntas conferendi bonū, sed etiam auferendi malum aliquod, quia carere malo inter bona computatur, quæ merito diligunt, & desiderari possunt. Vt ergo Deus remittat peccatum, necesse est vt diligit; tamē de potentia absoluta non est necessariū vt diligit positue cōferendo bonū, sed satis est vt diligit auferēdo malū. Hoc autem modo reuera diligit in dicto casu: auferit enim peccatū, quod est maximū malum, & hoc bonū cōfert tali obiecto per illam dilectionē, & ita fertur nõ in obiectum apparens, sed in verum obiectum proportionatum tali amorī, id est, in obiectum vere carentes malo illo, licet non habeat specialem bonitatem positiuā. Et hæc est mutatio moralis, quæ fit in tali obiecto, dum ex peccatore fit non peccator, nec est necessaria alia mutatio positua.

Sed instabit aliquis, quia homo transacto actuali peccato denominatur peccator, vel ab eodem actuali peccato non retractato, neque actu, neque habitu, vel ex carentia gratiæ, vt relata ad illum actum, & voluntaria per illum: sed non potest DEVS hanc denominationem auferre per solam suam voluntatem: ergo non potest auferre peccatum, quamdiu enim verum est dicere hominem esse peccatorem, non est ab illo peccatum ablatum. Non enim dicitur peccator solū quia peccauit: hoc enim modo etiam homines iam iusti effecti, possunt peccatores denominari, id est peccasse, quā denominationē Deus auferre non potest, neque sua voluntate sola, neque vilo modo: nam mundanus non facit innocens, sed dicitur peccator, quia adhuc vere est in peccato per maculam, & auersionem à Deo, quæ in eo manet per modum habitus, quamdiu à Deo non expellitur. Et in hoc sensu probatur minor, scilicet, hanc denominationem non posse auferri per solā Dei voluntatem, quia fundamentum eius, quod est peccatū præteritum, & non retractatum actu, nec habitu, intēgrum

10
Ex remissione per attritionem contractio eliditur.

11
Contradiçtio ex parte effectus, resollitur.

13
Secunda cōfirmatio contrariæ opinionis eliditur.

14
Replicat.

grum manet, & carentia gratia semper manet & que voluntaria, quia esse voluntarium pendet ex proprio actu, non ex Dei voluntate. Respondetur, negando fundamentum huius denominationis esse peccatum non retractatum, sed peccatum non remissum, vt expresse dixit Augustinus d. lib. 1. de Neoph. cap. 2. 6. Imo quantumvis peccatum esset retractatum etiam per contritionem, si Deus nollet remittere, (vt facere posset, cum hoc sit distinctum beneficium) adhuc peccatum commissum esset fundamentum sufficiens illius denominationis: ergo quod proprie, ac per se requiritur est, vt sit remissum: nam per hoc iam non est moraliter premissum, sed omnino preteritum, & ita iam non denominabit esse peccatorem, sed peccauisse. De eadem ratione carentia gratia in tali homine manens, iam non maneret voluntaria secundum presentem statum, quod necessarium est ad rationem culpae, vt supra declaratum est.

Peccatum an tollatur per solam imputationem Dei.

Statim vero suboritur vltima difficultas supra posita in priori sententia, quia sequitur sufficere tolli posse peccatum per solam imputationem Dei, quia haec remissio nihil aliud est, quam non imputatio. Ex quo sequuntur duo incommoda. Vnum est, esse in peccato nihil aliud esse quam imputari a Deo, quia contrarium eadem est ratio. Aliud est, peccatum auferri per non imputationem, atque adeo iustificationem peccatoris fieri per non imputationem. Nec satisfacet qui dixerit, id non esse inconueniens in casu possibili, sed solum de facto: hoc (inquam) non satisfacet, quia quod attinet ad formale peccati, eadem ratio est de quocumque statu, & ita si in aliquo statu id sequitur, & admittitur, concedendum est peccatum habituale secundum se, & abstrahendo ab omni statu, consistere in Dei imputatione, & tolli per non imputationem: quod est absurdum, & contra modum loquendi Sanctorum, fauetque modo loquendi haereticorum huius temporis.

Respondetur, nihil horum sequi etiam apparenter. Et in primis circa verbum *imputandi* aduertendum est, aliquando excludere veritatem rei, aliquando vero illam supponere. Priori modo dicitur imputari alicui, quod in eo vere non est, sed ei attribuitur aliquo modo, quomodo videtur dixisse Paul. an. Philem. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, mihi imputa, quasi diceret, ego in me suscipio, Hispane, *Ponello ami cuenta*. Et sic aiunt haeretici, nos reputari iustos per Christi, vel Dei iustitiam nobis imputatam. Posteriori autem modo, seu ex rei veritate, imputari dicitur alicui, quod ipse vere habet, seu commisit, & sic dicitur imputari alicui nocendum quod eius negligentia illatum est, cum illud impedire teneretur, quia nimirum vere est culpabilis in eo casu. E contrario vero dicitur, priori modo non imputari, quod licet sit, dissimulatur, & non punitur, vel non agnoscitur: quomodo multi intelligunt illud ad Rom. 5. *Vsq. ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*, id est, non agnoscebatur, pro nihilo habebatur. Posteriori autem modo dicitur aliquid non imputari, quia vere non est, seu commissum non est: sic dicitur nocendum non imputari ei, qui inuincibiliter ignorauit. Sic etiam sumitur Ezech. 33. cum dicitur, *Si dixerit impia, Morie morieris, & egerit penitentiam, omnia peccata eius, quae peccauit, non imputabuntur ei, vita viuet, &c.*

Haeretici ergo huius temporis in duobus errant in hac materia. Vnum est, remissionem peccatorum non esse veram abolitionem, & destructi-

onem eorum, & in hoc sensu dicunt esse non imputationem, quia licet vere peccata in homine iustificato maneant, Deus tamen illa non punit, & ita legitur cum homine, ac si peccatum non esset. Ita refert Bellarm. libr. secundo, de iustif. cap. 9. & attigit Genebr. Psalm. 31. circa id, *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum*. Hic autem sensus haereticus est, vt constat ex citato loco Ezech. *Vita viuet, & non morietur, & cap. 18. Omnium iniquitatum eius non recordabor, in iustitia, quam operatus est, viuet, & infra, ipse animam suam viuificabit, &c. Psal. 31. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur*. Psalm. 50. *Super iniquitatem dealbabor*. In hoc autem sensu nullo modo inferri potest ex sententia Scoti, aut Bonauent. peccatum auferri per talem non imputationem, non solum de facto, quod euident est, verum nec etiam in illo casu de possibili. Quia non ponit remissionem illam consistere in tali non imputatione, sed in vera destructione & remissione peccati quia illa remissio fieret per voluntatem DEI absolutam & efficacem ad remittendam offensam: remissio autem vera non dissimulat, sed re vera tollit debitum, vel iniuriam, quae ex parte offendentis remanebat.

Alius error haereticorum est, iustificationem peccatoris nunc fieri per solam remissionem peccatorum sine iustitia inherente propter solam Christi iustitiam nobis imputatam. Quae sententia, etiam si intelligatur (quod ipsi non intelligunt) de vera remissione & abolitione peccati, est haeretica propter exclusiuam. Quod definit Trident. Sess. 6. can. 20. dicens, *Si quis dixerit, hominem iustificari, vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quae in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque in illis inhaereat, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit*. Quibus verbis expresse damnatur ille error, quantum ad eam partem, per quam excludit à iustificatione inherenter iustitiam. Duo autem in illa definitione obseruanda sunt. Primum est, si quis fateatur, ad iustificationem peccatoris necessariam in primis esse iustitiam inherenter non tamen solam, sed simul cum remissione peccatorum, non conuenire cum haereticis huius temporis, nec aliquid dicere contra Concilium, imo non paruum fundamentum habere in ipso Concilio. Dum enim ait, *vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate*, plane indicat, qui dixerit iustificationem fieri per remissionem peccatorum, & infusionem gratiae & charitatis inherenter, recte dicere, & à sua doctrina non deuiare. Vnde in capit. 7. sic docuerat idem Concilium, *Hanc dispositionem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiae & donorum: vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, &c.* Vbi videtur Concilium, & illa duo tanquam distincta ponere, scilicet remissionem peccatorum, & internam renouationem, & docere utramque in iustificatione includi. Et hoc secundum, ex multis Patribus confirmat etiam Bellarm. libr. de iustif. cap. 6. & 8. Nec vero nunc disputo, an illa duo sola ratione, vel etiam in re ipsa distinguantur: illud solum assero, Concilium de hoc nihil asseruisse, nec ad eius definitionem alterutram partem illatam spectare: licet fortasse verius sit illa duo tantum ratione distingui.

Alterum obseruandum circa Concilium est, ipsam loqui de lege ordinata, & de iustificatione peccatoris, & remissione peccati, qualis nunc fit: non vero de potentia absoluta, quia hoc non spectabat ad doctrinam fidei. Vnde sicut can. 9. definit, ad remissionem peccati obtinendam, necessariam esse preparationem voluntatis per proprium illius morum, & tamen illud intelligitur de lege ordinaria, non de potentia

Solutio
Aug.

16
Falsum
imputari dicitur
dupliciter
scilicet
passiue
ad
peccatum

ad Rom. 3.

Luc. 13.

17
Haereticorum
error est

Bellarmin.
Genebr.

Psalm 50.

18
Secundus
haereticorum
error refutatur.

Conc. Trient.

Duo obseruanda circa definitionem Concilii.

Conc. Trient.

Bellarmin.

19
Secundus error
notandum
circa Concilium.

tentia absoluti: cum postea dicit, necessariam esse iustitiam inhaerentem, eodem modo intelligendum est. Vnde Soto, & alii recentiores Thomistae saepe citati docent, de potentia absoluta posse iustificationem fieri per extrinsecum fauorem, & per gratiam in esse gratiae (vt ipsi aiunt) sine donis infusis & inhaerentibus, in quo certum est non repugnare Concilio, quidquid sit de sententiae veritate. Sic igitur, licet quis cum Soto, Bonau. & alijs opinetur, de potentia absoluta posse peccatum tolli per solam remissionem peccatorum, nihil dicit contra Concilium: praesertim cum intelligatur hoc de vera remissione, & absolute peccati, & non de sola putatiua remissione, seu falsa non imputatione.

Adde vero, etiam de potentia absoluta verum esse quod Concilium docet, quia non loquitur de sola abolitione & destructione peccati, quoad formalem malitiam eius, sed simpliciter de iustificatione. Iustificatio autem fieri non potest vilo modo sine iustitia inhaerente: etiam si aliqui moderni aliter loquantur. Ratio est, quia iustificatio non tantum dicit mutationem priuatiuam seu ablatiuam mali, sed etiam positiuam & inductiuam boni, scilicet, rectitudinis interioris, quam nomen iustitiae praefert. Haec autem mutatio nullo modo fieri, aut intelligi potest sine aliqua forma intrinseca, quae per illam indicatur, & illam rectitudinem formaliter conferat; hanc autem vocamus iustitiam inhaerentem. Et ideo iustificatio fieri non potest sine infusione talis iustitiae, etiam de potentia absoluta, magis quam esse album sine albedine. Et eadem fere est de propria sanctificatione haec enim etiam requirit intrinsecam perfectionem, quae respectu hominis eadem est cum supernaturali iustitia. Et ideo dixit Concilium de iustificatione loquens esse sanctificationem, & renouationem. Idem quod censeo de gratificatione propria, & de instauratione amicitiae inter Deum & homines, haec enim sine gratia & caritate, vel alio excellentiori dono intelligi non possunt. Dico autem proprie & perfecte, quia interdum dicitur res sanctificari imperfecte per extrinsecam relationem, seu denominationem: quomodo dicunt multi potuisse Deum per extrinsecum fauorem aliquo modo sanctificare, & gratum sibi reddere hominem. Sed ille modus, esto esset possibilis, certum est, valde imperfectum futurum fuisse. Et adhuc intelligi non posset sine aliqua acceptatione, vel ordinatione secundum praesentem statum ad aliquod donum supernaturale suo tempore obtinendum, quia alias nec obiectum, nec proportionatum effectum habere posset talis dilectio.

Igitur respondendo ad difficultatem positam in forma, ac breuiter, rogatur in primis sequi, iustificationem aut peccati destructionem nunc fieri per non imputationem, vel per solam remissionem extrinsecam, nam per inhaerentem iustitiam fit etiam remissio peccati, quia per illam tollitur priuatio gratiae, quae veram rationem culpae & maculae habet: & ex vi iustificationis tollitur, quatenus talem rationem habet, quia infunditur gratia cum omnibus quae illi connaturalia sunt, quorum vnum est, vt excludat maculam peccati, si illam inuenierit: Vnde quantum negandum non sit iustificationem includere nunc remissionem peccatorum, non solum quoad effectum quem in homine ponit; sed etiam quoad voluntatem & condonationem, quae ex parte Dei requirit; nihilominus non includit illam vt mere extrinsecam, sed vt coniunctam ex natura rei cum tali intrinseca forma. & ideo absolute iustificatio tota, vt includit peccati remissionem, fit per talem formam intrinsecam. At de potentia absoluta conceditur, in praedicto casu seu facta hypothese, de qua est controuersia, peccatum excludi per solam extrinsecam voluntatem Dei, quae non posset dici non imputatio falsa seu specie tenus in sensu

A hreticorum, quia esset vera destructio, & abolitio peccati, quoad formalem rationem eius. Nec etiam formaliter dici posset non imputatio vera, sed tantum consecutiue, quia vt vere non imputetur peccatum, necesse est supponi ipsum esse ablatum, ideo enim tali homini vere non imputatur, quia in illo non est. Proprie ergo dicitur remissio & condonatio, haec enim verba cadunt optime in ipsam culpam, nam phrasia non imputandi, magis videtur referri ad poenam, ad quam non imputatur peccatum, postquam remissum est quoad culpam.

Neque hinc sequitur, peccatum habituale consistere solum in imputatione, vel non remissione diuina; sed solum sequitur hanc esse veluti conditionem necessariam vsu. Sicut res non est, nisi quando conseruiatur, seu quando non destruitur a Deo: tamen formaliter rem esse non est conseruari, aut non destrui a Deo. Item qui dicunt peccatum habituale esse per solam denominationem a peccato praeterito non retractato, non coguntur dicere peccatum habituale esse ipsam non retractationem, nam haec vel nullum peccatum est, si nondum occurrerit obligatio retractandi, vel si occurrerit, erit nouum peccatum actuale: dicitur ergo non retractationem esse conditionem necessariam, vt peccatum praeteritum denominare possit, tanquam vera moralis macula, quae adhuc durat. Sic igitur, Deum non remittere, est conditio necessaria vt peccatum praeteritum habitualiter maneat, & constituat peccatum, ipsum vero non consistit in non remissione diuina, vel imputatione. Non enim ideo est peccatum, quia imputatur, sed imputatur potius, quia est. Est autem non per existentiam alicuius rei physicae, vt omnes Theologi fatentur cum D. Th. in 1.2. q. 86. & cum Magistro in 4. dist. 18. & est per se euidens; nulla enim talis res vel qualitas excogitari potest, quae sit peccatum habituale. Nec etiam necessario existit per modum priuationis physice: quia si sit sermo de priuatione alicuius perfectionis, vel rectitudinis naturalis, haec nulla inuenitur necessario in peccatore post transactum actum peccati: quia potentiae eius integrae manent, habitus vero accidentaliter se habent, nam & vitiosi habitus possunt manere ablato peccato, & studiosi habitus naturales possunt esse cum illo. Si vero sit sermo de priuatione gratiae, iam declaratum est, quomodo illa possit habere rationem maculae & peccati habitualis, est enim solum quasi materialiter, idque non vniuersaliter, quia neque in puris naturalibus id haberet peccatum habituale, nec in veniali peccato reperitur, quantum suam maculam relinquit, vt infra dicam.

Peccatum ergo habituale existere dicitur morali modo, aut per relationem rationis, aut per virtualem praesentiam, vel alio simili modo, qui necessario reducit ad moralitatem quandam, quae datur, & denominat hominem a uerum a Deo, & re vera facit illum dignum odio, & inimicitia Dei quantum modo aliquo sufficiente non deletur. Videtur autem modus sufficiens de potentia absoluta, quod tollatur per remissionem Dei, nam sicut res illa moralis est, ita etiam morali modo, & per moralem actionem tollitur. Quae actio esse potest illius, qui passus est iniuriam, quia sicut iniuria fit per voluntatem inferentis illam, ita destruitur per voluntatem eius, qui illam passus est, si illam remittat. Sicut in humanis, qui alteri iniuriam intulit, est illi odiosus & de se inuisus quantum non satisfacit, vel quando alter non remittit iniuriam, utroque autem modo conseruetur ratio iniuriae de medio tolli quavis, qui illam intulit, quasi vltimum habet honorem alterius, quae ratio cessat, si alter remittat. Ex quo non sequitur, iniuriam, aut debitum humanum consistere in alterius imputatione, sed solum sequitur, pendere aliquo modo ex alterius voluntate, ac rem-

Bonau. Sotum.

20

21 Satisfit diff. ferentia de remissione peccati per non imputationem.

22 Peccatum non consistit solum in non remissione diuina.

Est tamen conditio necessaria, vt peccatum habitualiter maneat. D. Thom. Magis.

23 Quomodo existat peccatum habituale.

Modus sufficiens tollendi peccatum de potentia absoluta est per remissionem.

missione. Sic ergo seruata proportione esset philosophandum de Deo in predicto casu. Solum est considerandum, malum morale seu peccatum, ut sic, sicut non fit à Deo, ita nec ab ipso conseruari proprie ac per se loquendo, & ideo nunquam diximus pendere à Deo. Quia vero potest à diuina voluntate destrui, ideo dum non destruitur, seu remittitur, permanet. Atque hac etiam ratione diximus, negationem huius remissionis esse conditionem necessariam ut peccatum sit, non vero esse veram causam durationis eius.

A Senti materia occurrit: nihilominus plenior huius puncti resolutionem in materia de Gratia referuamus.

ARTICVLVS III.

Virum possit per penitentiam vnum peccatum sine alio remitti.



Tertium sic proceditur. Videtur quod possit per penitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Dicitur enim Amos. 4. Plus super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna completa est, & pars super quam non plui, aruit. Quod exponens Greg. super Ezech. dicit: Cum ille, qui proximum odit, ab aliis vitiis se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui, cum quadam vitia refecant, in alii grauius perdurant. Ergo potest vnum peccatum per penitentiam dimitti sine alio.

1. 2. q. 71. ad 1. & 3. dist. 30. art. 5. q. 4. d. 15. q. 1. ar. 3. q. 1. cor. & d. 16. q. 2. ar. 1. q. 2. cor. & d. 18. q. 2. ar. 5. q. 3. ad 1. Hom. 10. in Ezech. circa inuadum.

Denique quod inferebatur, remissionem peccati secundum se & abstrahendo ab omni statu consistere in non imputatione, in rigore loquendo de imputatione, non sequitur, ut iam satis explicatum est. In sano autem sensu per non imputationem intelligendo veram peccati remissionem per voluntatem Dei extrinsecam, distinguendum est: nam tres potest habere sensus. Primus est, peccatum secundum se & in omni statu tolli per solam hanc remissionem: & sic negatur sequela, nam in virtute ex vno particulari inferri vniuersalem, quod fieri non potest. Ratio vero est, quia in aliquo statu potest amplius requiri ad plenam & perfectam remissionem iustificatiuam peccatoris; & ita est in presenti statu, eo quod ipsum habituale peccatum non solum includit id, quod morale est, sed etiam realem priuationem internæ sanctitatis. Secundus sensus esse potest, peccatum secundum se, & abstrahendo ab hoc vel illo statu, posse aliquando deleri per solam extrinsecam remissionem, saltem quoad formalem rationem peccati: & hoc sensu admittitur sequela, quia solum inde fit, hunc modum destructionis non repugnare peccato vt sic, quod est verum, nam de potentia absoluta non repugnat peccato actuali, veniali autem fortasse, nec de lege ordinaria, de quo infra dicam, nam inde sumitur magnum argumentum ad ea, quæ hic dicuntur, confirmanda. Tertius denique sensus est, ad destructionem peccati, vt sic, in omni statu necessariam esse remissionem diuina voluntate factam, quanuis non solum: & hoc etiam admittimus vt verum, nam id Sancti Patres requirunt ad iustificationem à peccato, quæ nunc fit in lege Euangelica, idemque ex Conc. Trident. supra declarauimus, & ex multis Patribus ostendi in 1. ro. 3. p. disput. 4. & demonstrat etiam Bellar. loco supra citato: ergo à fortiori in quolibet alio statu erit necessaria. Ratio vero sumitur ex dicto loco 3. p. quia peccatum est diuina iniuria, pro qua non potest homo condigne satisfacere, & ideo vt omnino tollatur, semper est necessaria diuina remissio. Ad quam obtinendam requiritur quidem, moraliter loquendo, & iuxta modum ipsius rebus maxime conuenientem, vt is, qui iniuriam intulit, iniuriam retrahat, vel petat veniam, aut aliquo alio modo sibi possibili remissionem acceptet, eique cooperetur, & vt remissio sit perfecta, oportet vt ad pristinam amicitiam restituantur: absolute tamen sufficit voluntas efficax remittentis quantum ad ipsum pertinet: vnde fit talis voluntas sit suprema & omnipotens, poterit rationem mali moralis in tali peccato inuentam destruire.

44. Tripletur potest intellegi peccatum remitti per non imputationem.

Præterea, Ambros. dicit super Beati immaculati in vita Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus, secunda per punitionem, vbi et si fides desit, poenæ satisfaciunt, & releuat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis.

In Psal. 118. serm. 18 in princ. tom. 4. referunt de consecr. d. 3. c. 1. consulario.

Præterea, Eorum quæ non necesse est esse simul, vnum potest auferri sine alio. Sed peccata (vt in Secunda parte habitum est) non sunt connexa, & ita vnum eorum potest esse sine alio. Ergo etiam vnum eorum potest remitti sine alio per penitentiam.

1. 2. q. 71. art. 1.

Præterea, Peccata sunt debita, quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra, &c. Sed homo quandoque dimittit vnum debitum sine alio. Ergo etiam Deus per penitentiam dimittit vnum peccatum sine alio.

Præterea, Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata: secundum illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te misergans. Sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad vnum, & sit ei offensus quantum ad aliud, sicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam. Ergo videtur possibile, quod Deus per penitentiam remittat vnum peccatum sine alio.

In lib. de Vera & falsa poenit. c. 6. parum ante medium to. 4. Qu. 109. art. 7. Qu. 113. art. 2.

Sed contra est, quod August. dicit in libr. de Pen. Sunt plures, quos poenitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quedam, in quibus delectentur: non animaduertentes Dominum simul mutum, & surdum à demonio liberasse per hoc docens nos nunquam, nisi de omnibus sanari.

Respondeo dicendum, quod impossibile est per penitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensa per gratiam. Vnde in Secunda Parte habitum est, quod nullum peccatum potest remitti sine gratia. Omne autem peccatum mortale contrariatur gratia, & excludit eam. Vnde impossibile est quod vnum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est) peccatum mortale non potest sine vera penitentia remitti: ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum. Quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Vbi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde non potest esse vere poenitens, qui de vno peccato poenitet, & non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem vera penitentia) sequeretur quod de omnibus peccatis poeniteret. Vnde sequitur, quod impossibile sit vnum peccatum per penitentiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordie Dei, cuius non longe à perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. Vnde cuius miseretur, totaliter miseretur. Et hoc est, quod August. dicit in

arts. preced. In lib. de Vera & falsa poenit. c. 6. non longe à fine, tom. 4. lib.

Hæc sunt quæ ad explicandas has sententias, earumque probabilitatem conferre possunt, ideoque non est facile inter eas ferre iudicium, nemo autem potest alterutram earum damnare, vel vt improbabilem reicere, quia vtraque re vera habet graues auctores, & probabiles rationes, & neutra continet aliquid minus consentaneum sanæ doctrinæ. Ego vero hæcæus in posteriorem sententiam magis propensus fui, quia in his rebus, quæ ad diuinam omnipotentiam spectant, non est aliquid facile negandum, vbi contradictio vel inconueniens non apparet: neutrum autem in præ-